DIOECESANA
SYNODVS
Illustrissimi, ac Reuerendiss. D.
D. FRANCISCI CAVALERII.
EPISC. VALVEN. ET SVLMONEN.

Primò habita in Ecclesia Cathed. Sancti Pamphili Ann. 1629. sub Pontificatu Sanctiss. D. N.

VRBANI PAPÆ VIII.





THEATE,
Ex Typographia Octauij Tertiani, & Barthol. Pauef. 1633.
SVPERIORVM PERMISSV.

Ioseph Taberij Canon. Sulmon. amicorum

Leggasi l'orazione in fine, e propriamente alla pag: 117. dove si dice del quale tesoro si sono intermessi in questa chiesa i Sinodi, e per quale cagione =

Illustriſs. ac Reuerendiſs. D.
D. FRANCISCO CAVALERIO VALVEN. ET SVLMONEN. Epiſcopo meritiſſimo.

D. ANTONIVS MARIA AB ISTRIA BACIOCHIVS *Adiacen. Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi D.* D. ANTONII CARDINALIS SANCTACRVCII *Archiepiſcopi, & Comitis Theatini, Vicarius Generalis.*



Ampridem Theatinæ huius Diœceſis locis plurimis functiones Epiſcopales, Sacrum præcipuè Chriſma, defecerat, Illuſtriſsimo enim Antiſtiti Marſilio Perutio, fel. record. omnibus ſanè virtutibus inſtructiſsimo, ob valetudinem imbecilli, tùm operoſum, tum exitioſum erat Prouinciam adeo vaſtam obire viſitando, quæ centū ferè quinquaginta millia paſſuum ambitu circunſcribitur (itaut non ſemel ipſe, tunc eius generalis Vicarius, cunctam, de eiuſdem mandato, luſtrauerim) mearum proinde partium eſſe duxi, adhuc in Vicariatus munere confirmatus, licet meritis prorſus imparibus, Eminentiſsimum, & Reuerendiſsimum Cardinalem San-

ctacruçium Archiepiſcopum integerrimum, ea de re certiorem facere. Inſtiti, vt ſuam Metropolim viſitatione luſtrandam curaret, animo certò Vaticinans, tantum tibi munus deferendum, Illuſtriſs. Præſul; nec me ſpes eluſit, Eminentiſsimus enim Cardinalis Dominus meus, qua feruet in ſuum Gregem incredibili charitate, vnũ Te vltro ad onus hoc leue pro Chriſto ſuſcipiẽdum eſt cohortatus. Nimirũ hominem nanciſci non potuit aptiorem, ſeu generis ſpectaret ornamenta, nobiliſſimum; ſeu Virtutis argumenta conquireret, integerrimum; ſeu prudentiæ, & dexteritatis inſignia tueretur, in rebus Eccleſiaſticis vſu peritiſsimum. Quamobrem ampliſsimam in ſua Diœceſi tibi dedit facultatem, in ijs etiã, quæ regimen ſpectant, eandem ferme, quæ ſe penes eſt, vt cuilibet patet ex Patentalibus exaratis inter Acta Curiæ Archiepiſcopalis, tuęq; Viſitationis. Ex tam auſpicata electione cępi fructum omnium opinione maiorem, cum vel eminus raras animi tui dotes nũcia fama mihi diuulgaſſet. Hinc factum eſt, vt tibi ad Viſitandam Abbatiam, ac Iuriſdictiones, quæ pertinent ad Eminentiſsimum Cardinalẽ D. Antonium Barberinũ Sanctiſs. D. N. Vrbani Pa-

pæ

pæ VIII. Nepotem accedẽti obuiam processerim. Et quidem lætitiæ vis è suis finibus exilire voluit, exarsit intempesta hyeme per lubricas, & cœnosas vias, per plurima pericula, vt sua sese luce proderet, te sequutã. Detuli tibi, & meæ venerationis, & seruitutis costam primitias, quas literis obsidibus antea cõsecraram, vt in me, si minus idoneum, at alacrem, erectumq; in tuis mandatis excipiẽdis, imperium exerceres. Tẽpus condiximus certum tui ad hanc Vrbem aduentus, ex quo veteri gaudio nouum fœnus adiectũ est voluptatis: te annuente regressus sum, lucẽ expectans, votis omnibus expetitam, qua, vt debebã, tibi lætior occurrerẽ, aduentanti. Extulit tandem aureum diem Sol ad id definitum solito longè pulchrior radijs, te visurus vere vernãtibus, ne Theatinę cederet alacritati. Mecũ cũctus Clerus, vniuersus ordo Patriciorũ, & optimatum frequẽtissimo tibi processit equitatu: Forum, vias publicas, quacunq; veherer is, templũ ingens copia Ciuium occupauit, Vrbs ipsa suis effusa sedibus, qua æris Cãpani concentu, quà ignium ex æneis tormentis tonãtium fremitu tibi plaudere videbatur, in vultu, frõteq; legeres expressas notas hilaritatis: Cordis indices

oculi,

oculi, quanta penitiori ſub ſede redūdaret iucunditas innuebant, vt ex omnibus exulare pectoribus mœſtitiam crederes, ſi ſingulorum ora perſpexiſſes. Enim verò cum officijs ceteros antecellere neceſſe eſſet erga te, vtpote meum ducem, ac lucem mētis, Herculeum columen ad tam immanem Diœceſis molem humeris nimium grauem ſuſtinendam, tacitus meditabar, quid pro tot tuis in me promeritis præſtarem, ſed tam arcto cōcluſus temporis gyro, nullum mihi cāpum aperiri dolebam, in quo meus ſe ſe latius iactaret Amor; cum tu, nihil ſuſpicanti, tuā Diœceſanā Synodū obieciſti, vt eam in lucem edendam à mendis vindicarem, quæ dum tenebras offundunt typis, offendunt oculos lectitantium. Libentiſsime laborem ſum amplexatus; ſi negotia, quibus diſtineor, ſpectes operoſum; ſi vires, quas tua mihi miniſtrat obſeruantia, ſanè facillimū: Quamquam nō eſt cur laborem appellem opus pro te ſuſceptū, in quo vigilias omnes eludit ſtyli cōcinnitas; Decreta Sanctiſsimorū Antiſtitum elucent: Diſciplina felicioris æui ſplendet rediuiua: aurei Chriſtianæ Religionis inſtaurantur mores, Synodum coegiſti, cuius è fontibus emanat fauſtitas, Pietas profluit, Sacrarum re-

rum

rum perennant diuitiæ: Nitor Aris, Tēplisq; redditur: quodq; mirandum magis ex ea, non tua tantum Diœcesis, sed hæc etiā Metropolis suam spiritalem haurit salubritatem, vt dubio pendeat adhuc sub Iudice lis, debeat ne magis tibi, vt Antistiti, Sulmo, an, vt Visitatori, Theate. Expectabant è Prudentissimo Præsule magnam omnes vtilitatem: At vicit res expectationem, adeout erubescant quod te, iam diu meritum, Vaticano nō videant ostro purpurantem. At si ex Caualeriorum stemmate licet ominari, CANIS, qui purpuram in PATRVO tuo Iacobo queritur amissam, in Nepote quęret feliciorem; Neq; n. eruditis inauditum est purpuram pisce Murice admorso à Cane, primū apud Sidonios adinuentam. Aquila biceps sub gentilitio sedens Clypeo Cardinei Honoris tibi sancit infulas, cui Barberinę Apes arridēt: Legimus quippe Apes in Cunis pueri Hieronis mella cogentes, mox Aquilā, sub Bellatoris Clypeo consistentem, illi Siciliæ Regnum portendisse. Ea spes omnium est, Præsul Illustrissime, quotquot tuam suspiciunt dignitatem. Vtinam mendacem vatem neminem coarguat fortuna, quæ sæpe certat illudere virtuti. Vtcumq; se se res habeat,

beat, me tibi addictũ penitus agnoſce, quem dudum mille Vinculis obligaſti. In me, vt libet iura præſcribas; Senties quo minus virium in me eſt ad inſeruiendum, hoc plus animi ineſſe ad obtemperandum: Obſeruantiæ deſiderabis effecta, Amorē laudabis ſingularem, Interim res tuas ita Deus fortunet, vt ad celſiorē honoris apicē euectus, maiora quoque a me, auſpice te, expectare valeas. Vale. E Palatio Archiepiſc. kalendis Iulij 1633.

Dominat. tuæ Illuſtriſ. ac Reuerendiſ.

Obſequentiſsimus ſeruus
Antonius Maria Baciochius
Vicarius Generalis.

Il Signor

D. ANTONIO MARIA D'ISTRIA

BACIOCCHIO

ALL'ILLVSTRISSIMO,

& Reuerendissimo Monsig. Vescouo di Sulmona.



Madrigale Primo.




'Aquila all'Oriente,
Et al diurno lume,
Ribellata, riuolge à te le piume.
E i guardi suoi guerrieri,
Nel Ciel de CAVALIERI.
Sole sè tu Romano
Cui di verde diadema il Vaticano
Cinse le tempia: hor speri
Di porporini raggi ornar la chioma,
Purpureo SOL *tra i Caualier di Roma.*

MADRIGALE II.

NEl'Azzurro tuo Cielo
Ben mille Stelle, che fan scorno à Delo
Dier luce al Vaticano,
Tinte d'Ostro sourano.
Gode à lor viuo lume,
Inargentando le sue lieui piume,
L'AQVILA CAVALIERA;
Ma goderà via più superba altiera,
Quando che dal Romano
Oriente si rechi Ostro più bello
A tè, di sì bel Ciel SOLE nouello.

MADRIGALE III.

NEl Campo CAVALIERO
Cacciatore LEVRIERO
Fà preda de gli Honori.
Prendi la traccia sua, d'Ostro fugace
FRANCESCO Arcier seguace:
Ecco l'AQVILA i strali.
Per ferir: per seguir ti presta l'ali.



L'ISTESSO

L'ISTESSO A MONSIGNOR ILLVSTRISSIMO VESCOVO DI SVLMONA.

SONETTO PRIMO.

O FRANCESCO di Stirpe aurea, felice,
Germe fecondo, le cui auguste cime
Da lunge scorge Honor chiaro, e sublime,
Con la Fama del Tempo alma Fenice.
Annidar cotant'alto à me non lice,
Augel Palustre; il mio volar opprime
Il graue incarco delle Glorie prime,
Ch'à te vero Valor nel Ciel predice.
L'AQVILA sola di poggiarui è degna,
Che fissa il guardo al Sol, che'n te riluce,
E di sì viuo ardor si nudre, e pasce.
Tosto auuerrà, ch'i suoi fior verdi lasce,
E frutti renda di matura luce,
Trofeo del VATICAN, Germe, che regna.

SONETTO SECONDO.

TVrchino è'l Ciel dell'aurea tua Famiglia;
Oue d'alto Valor s'asconde il Sole,
A cui non fia c'Honor giamai s'inuole,
Honor, che porporeggi à merauiglia.
Iui l'AQVILA altera ambe le ciglia
Inarca, e'l nome tuo precorrer vuole;
Il Sirio CAN, che te vagheggia, e cole,
Dal tuo raro splendor suoi raggi piglia.
Dal suo chiaro Orizonte il SOL ROMANO
Tua candida Virtù fia che colori
D'Ostro, se dianzi la freggiò di Verde.
Tu di lui spunterai nel VATICANO
Purpurea STELLA à matutini albori,
Sì del tuo ZIO la Gloria in te rinuerde.

Illustrissimo

ANTISTITI

SVLMONEN.

D. IVSTINVS ANDRIANVS

Canonicus Theol. Metro-
polis Theatinæ.



Epigramma Primum.

SOLA Potens Volucrum non læsa tuetur coma,
Sed redit inspecto lyncea Sole magis.
Solem etiam gentilis Auis iam lustrat ouantem,
Fulmina quæ fausto in Stemmate rubra gerit.
Peruigil obtutum exacuit sub lumina Solis;
Excipit & roseas, quas citat ille, faces.
Fallimur. An Patruo, quæ rettulit Vrbe Galerum,
Purpureum, aurata te quoq; luce prait?



EPIGRAMMA II.

SOL cecidit Patruus: Solem Francisce cadentem
Excipe: purpureum te quoq; syrma vocat.
Non valet aurato sine Sole nitescere Cœlum:
Nec sine Sole nitet STEMMA CAVALERIVM.
Vt Regina AVIVM vigeat sublimis in Aethra,
Sol micet, eoa quem face lustret Honos.
Vt CANIS ætheriis felicibus ardeat astris;
Sol ferat ardenti lumina rubra coma.
Fascia, qua medium discriminat æthera septo,
Zodiacum Soli figuet amica suo.
Eia age, qui proprij Cœli modo lucifer ardes,
E Vaticano Cardine prome diem.

EPIGRAMMA III.

NVNNE Aquila Alipotēs, an Cynthius aureus ardes?
Num Iouis, an Solis tela diurna trahis?
Si Iouis Vrbani volucris tela ignea torques:
Fixa ad Apollineum lumina flecte iubar.
Si Vaticani iacis æmula fulmina Phœbi,
Alipotens Solem te speculetur Honos.
Anne Aquila Ausonio, Phœbusq; rubescis Eoo:
Et geminum roseo in lumine Numen habes?
Es Volucris; patrium dum tollis in astra Theatem:
Cynthius es: Sulmo te Duce nocte caret.

EPIGRAMMA IIII.

VT. T. Francisce nouo præstrictus ab igne fatiscit,
Qui te contento lumine lustrat Honos?
Iamq; peregrino rutilat pudibundus ab Ostro:
An tibi purpureas subdere gestit opes?
Victus Honos tibi subdet opes, tyriumq; Galerum:
Hoc preme cæruleum tegmine Phœbe iubar.

EPI-

EPIGRAMMA VI.

COERVLEVS FRANCISCE tuo, qui vertitur, Aether
Stemmate, progignit sydera mille Ducum.
Hæc nuper PATRVO carpebant Sole nitorem,
Ac Vaticani muricis igne faces.
Ast vbi purpureus Sol occidit: vnde nitescant
Sydera? Sol PATRVVS occidit exanimis.
Num ferruginea vultum caligine velent?
Num sua funerea lumina Nocte tegant?
Non ita. Romuleo tibi Purpura cedet Eoo,
Purpureo vt radient sydera Sole comam.
Parturit & Soles; si sydera parturit Aether,
Ecce CAVALERIO Sole micabit Honos.

EPIGRAMMA VII.

ALludit ad Illustrissimi Antistitis lustrationē in Theā.
Tina Diœcesi, & septem Ecclesiæ Sacramenta.
Deuius, elysio qui ducit ab æthere nomen,
Septena Nilus flumine voluit opes.
Voluit opes, pluuioq; auro rigat arua Canopi;
Multifidum ratibus per mare monstrat iter.
Mystica Religio septemplicis agmine fontis
Romulei ditat pinguia culta Soli:
Aurea sydereo cunabula iactat Olympo,
Pectore quem passi Numinis ambit Honos.
Septem aditus aperit Magni sub Cærula Cæli.
Pande: quid ah metuis? candida vela Thetis,
Typhis adest Præsul nuper Sulmone vocatus,
Qui regat errantem per freta certa ratem.

PRÆFATIVNCVLA eiusdem Illustris. & Reuerendss. Domini EPISCOPI SVLMONEN. AD CLERVM.



VAE mihi dies optatissima semper fuit, elucet iam, Venerandi Fratres, qua pluribus quidem peractis, ad custodiam gregis à summo rerum opifice crediti fidei nostræ, tandem eo duce, eo adiutore ad Synodum celebrandam vnanimes conuenimus. Et profectò, vt nihil erat, quò rectius dirigere possem, quas accepi diuino munere gentes, vt via regia graderentur, ita nihil vehementius expetiui, quam parare vias Domini, rectas facere semitas Dei nostri. (Hoc est enim in Synodo laborare). Quod concupiui iam video, quod speraui iam teneo. Voluissem equidem citius appellere animum ad subeundum hoc onus, nisi tot humanorum fluctuum voluminibus iactatus, ac penè obrutus iacuissem. Infirma semper valetudo, domi, forisque molestiæ, Sacræ Principis Apostolorum Romanæ Basilicæ curæ difficiles, longissima fratrum dissidia, grauesque contentiones, postremo Cardinalis Eminentissimi Cavalerij felicis memoriæ læthales morbi, sic vrgebant, vt non nisi diuinitus opus tam grande dilatum videam in hoc tempus, quò corporis solidæ vires, pacatæ res externæ, Vaticani labores intermissi, controuersiæ compositæ, dant ocium eò reuocandi animum, vnde nunquam discessit. Compensabitur mora diuturnior, animorum vestrorum alacritate, sedulitate, diligentia. Admoueamus operi manus indefessas, vt fiant praua

in directa, & aspera in vias planas. Paremus clamanti Domino. *Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Quid autem rarius, aut praclarius esse potest, quam habitare cum* Deo? *Omnes quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit.* Ille, *ille viam prudentia ostendat nobis, qui nos collegit in vnum, vt viam eius sternamus lapide candido, & mundo, per quam vnusquisque ascendere possit ad montem, quem acquisiuit dextera eius. Pracidantur spineta, & virgulta mortalium cogitationum, frangantur lapides duri, quos interponit humani generis hostis, & qua parat impedimenta colluctatio carnis, & sanguinis, studio, vigilia, labore vincantur. Adiutorem habemus Deum, ipse pandet iter ante nos, vt ponat populum suum quasi gregem in ouili, & quasi pecus in medio caularum. An non audimus eum dicentem ad nos,* Ecce ego *ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum, in pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis erunt pascua earum, ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes* Israel? *eius vocibus animati, quem laborem timeamus? Qua aduersantia formidemus? Alacres cupio vos, vt mecum incumbatis operi, quod auspice* Deo *lati suscipimus, & iam exertis viribus inchoamus.*



I N

IN NOMINE SANCTISSIMÆ, ac Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

NOS FRANCISCVS CAVALERIVS, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Valuensis & Sulmonensis, Synodalem actionem aggredientes, Decreta, quæ sequuntur, Monitiones, Statuta, & Constitutiones facimus.



1 NIVERSIS interim, & singulis qui huic Synodo interesse tenentur præcipimus, ne quis audeat immodestis vocibus obstrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falsis, vanisve, aut obstinatis disceptationibus, vt S. Conc. Trid. monet, contendere: Sed nec à loco sessionali, nisi absoluta sessione abscedere, Et tunc graui, decoroq; incessu, sicuti disciplinæ, ac tantæ Synodus dignitati conuenit, sub omni pœna arbitraria, vel etiam suspensionis. *Sess. 2. de Reform. in Decr. de mod. viu. et alijs in Cōc. seru. circa fin.*

2 Decernimus insuper, vt (exceptis Canonicis, quorum quisq; in suo stallo à nobis aliàs præscripto sedere, cæterisq; Sacerdotibus, in sententijs etiam dicendis, præcellere habeat) si fortè contigerit aliquos debito in loco non sedere, aut incedere, & sententiam etiam sub Verbo, Placet, proferre, Congregationibus interesse, aliudve quidpiam agere, vel gerere, nulli præiudicium aliquod inferatur, nulliq; nouum Ius acquiratur.

De Fide Catholica, eiusq; Professione.
Cap. Primum.



Vm prima, & maxima Pastorum Cura in ijs versari debeat, quæ ad Fidem Catholicam integrè, inuiolatèq; conseruandam pertinent, quam Sancta Romana Ecclesia colit, & docet, vti Cœterarum Virtutum omnium fundamentum, sine quo impossibile est placere Deo; Ideo nos hinc potissimum exordiendum duximus; ipsa enim duce ad Deum accedimus, & illuminamur, telaq; omnia nequissimi ignea extinguere facilè possumus.

Seß. 25. de Reformat. cap. 2.

3 Sacri igitur Tridentini Concilij auctoritati innixi, mandamus vt omnes ij, qui Beneficia Ecclesiastica obtinent, vel imposterum obtinebunt, quiq; in Synodum Diœcesanam conuenire debent, omnia, & singula, quæ ab eodem Sacro Conc. Trid. definita, & Statuta sunt palàm recipiant, veram obedientiam Summo Pontifici Romano spondeant, simulq; hæreses omnes à Sacris Canonibus, & Generalibus Concilijs damnatas publicè detestentur, & anathamatizent Fidem profitentes eisdem verbis à Pio Papa IV. præscriptis in Constitutione, quæ incipit Inuinctum nobis &c. cuius forma eiusmodi est.

EGo N. firma fide credo, & profitear omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo *fidei, quo S. R. E. vtitur, videlicet; Credo in vnum* Deum *Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium: & in vnum* Dominum *Iesum Christum filium* Dei *vnigenitum, &* ex Patre *natum ante omnia sæcula,* Deum de Deo, *lumen de lumine,* Deum *verum de* Deo *vero, genitum, non factum, consubstantialem* Patri, *per quem*

omnia

omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarnatus est de Spiritusancto ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum Scripturas: & ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis; & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas: & vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum; & vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sanctam Scripturam iuxta eum sensum quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec ea nunquam nisi iuxta vnanimen consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoq; septem esse verè, & propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo D.N. instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria. s. Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Eccl. Cath. ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto; omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in Sanctiss. Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter Corpus, &


Sanguinem, vna cum Anima, & Diuinitate Domini Nostri Iesu *Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in* Corpus, *& totius substantiæ vini in Sanguinem, quam conuersionem* Catholica Ecclesia *transubstantiationem appellat*. Fateor *etiam sub altera tantum specie, totum, atque integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi: Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentas; fidelium suffragijs iuuari: Similiter & Sanctos, vnà cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse, eosq;* Orationes Deo *pro nobis offerre, atque eorum* Reliquias *esse venerandas: Firmissimè affero* Imagines *Christi, ac* Deiparę *semper* Virginis, *nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam; Indulgentiarum etiam potestatem, à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; vsum Christiano* Populo *maximè salutarem esse: Affirmo* Sanctam *Catholicam, & Apostolicam* Romanam Ecclesiam, *omnium* Ecclesiarum *matrem, & magistram agnosco;* Romanoq; Pontifici, *Beati* Petri, *Apostolorum* Principis *successori, ac Iesu Christi* Vicario, *veram obedientiam spondeo, ac iuro: cætera item omnia à sacris* Canonibus, *& œcumenicis* Concilijs, *ac præcipuè à sacrosancta* Tridentina Synodo *tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, simulq; contraria omnia, atq; hæreses quascunque ab* Ecclesia *damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo*. Hanc *veram* Catholicam Fidem, *extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè (*Deo *adiuuante) retinere, & confiteri, atque meis subditis: vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum*. Ego *idem* N. *spondeo, voueo, ac iuro*. Sic me Deus *adiuuet, & hæc sancta* Dei Euangelia.

4 Sciant

4 Sciant autem omnes, & singuli preuisi de Beneficijs quibuscunq; curam Animarum habentibus, quod à die adeptę possessionis, ad minus intra duos Menses, in manibus nostris, vel nostri Vicarij Generalis, seu Officialis Fidei professionē emittere, spondere, ac iurare tenentur; Prouisos verò de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus coram Capitulo pariter idem facere oportet, alioquin, ita Sac. Conc. Trid. praecipiente, fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur. Sed & meminerint nō excusari etiam denuò emittere eos, qui hanc Fidei professionem iam emiserunt in adeptione alterius Parochialis, vel Canonicatus, in Synodo tamen semel sufficit emisisse. *Sess.24. de Reform. c. 12.*

5 Idem insuper facere tenentur quicunq; publicè, vel priuatim domi suæ, vel alienæ docent pueros cuiuslibet ætatis, vel sexus, etiam ipsa prima Grammaticæ rudimenta legendo, vel repetendo, etiamsi gratis doceant, nec non qui concionandi munus susceperint, cœteriq; omnes expressi in Bulla eiusdem Pij IV. quæ incipit *In Sacrosancta, &c.* sub pœna, & pœnis ibi comminatis. Referatur idcirco horum quilibet in actis Curiæ Episcopalis adiecta die, & causa, vti expressè mandamus.

6 Vnusquisq; demum fidelis supradicta omnia nedum corde credere, sed etiam cum suæ vitæ periculo coram infideli, & Tyranno confiteri tenetur, cum id Dei laus, & honor, aut Proximi salus postulauerit, vel scandalum sequeretur: Corde enim, vt ait Apost. creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *ad Roman. c. 10.*



De

Cap. II.

CALLIDVS, ac tortuosus ille Serpens Generis humani Aduersarius, cui nisi in fide resisti potest, nunc palam, nunc latenter quærens quem deuoret, vt monet D. Petrus, non dormit, neq; dormitat, immo toto conatu contendit, vt ne dum Diuino Cultui honorem debitum haud exhibeamus, sed (quod horrendū est) ipsi Deo malignis operibus insistamus. Hinc Superstitiones, Sortilegia, Veneficia, Incantationes, Diuinationes, Iudiciariam Astrologiam, Magiam, Idolatriam, Necromantiam, Geomantiam, Hydromantiam, Aëromantiam, Pyromantiam, Auspicium, Augurium, Omen, & similia Maleficia, quæ veræ fidei, & Christianæ Religioni repugnant, ipse Dæmon in cruentam Animarum nostrarum perniciem inuenit, At cum semper à nobis, cunctisq; Fidelibus damnanda, & reprobanda sint, prout enixè damnamus, & reprobamus.

1. Petr. c. 5.

1 Omnibus, & singulis Curatis nostræ Diœcesis expresse præcipimus, vt si quos reppererint, aut quonis modo, moraliter certò sciuerint huiusmodi Maleficia exercentes, ijsve vtentes cum expressa, vel tacita Dæmonum inuocatione, nec non Libros habentes, retinentes, eosq; notabiliter legentes similia maleficia, seu hæresim, vel falsa Dogmata continentes, adhuc etiam vetitos in Indice Librorum prohibitorum, & Cōstitutionibus Apostolicis, eorum nomina ad nos quam primum deferant, vt illis Iuris, ac facti remedijs occurramus. Malefici autem huiusmodi non, nisi à nobis, vel Vicario nostro Generali absoluantur, si verò quid crediderint Fidei Catholicę contrarium, idq; signo exteriori manifestent ad Sedem Apostolicam remittantur.

Vt in Bulla Cænæ Dñi in princip.

De

QVAM execrabile ſit Blaſphemiæ crimen, ac omni iure deteſtabile nemo eſt, Fidelium maximè, qui ignoret, nulla hinc blaſphemia ſiue in Deum ſiue in Sanctos excuſari poteſt à mortali, ratione paruitatis materiæ, ſed ex defectu ſolum plenę & maturæ deliberationis, Attribuitur enim Deo Summo omnium Creatori, quod non conuenit, eive, quod non debetur, denegatur, vel Creaturæ datur, quod ſolius eſt Creatoris. At quid magis nefarium, quam vt Creatura in ſuum inuehatur Creatorem, & Redemptorem?

1 Vnde Blaſphæmator conſuetus, ac blaſphæmiæ conuictus de hæreſi ſuſpectus eſt habendus, eò præſertim ſi aliquam hæreſim ſapiat, nam aliquando eſt mera, ſeu ſimplex, ideſt hæreſim non continens, & tunc mixti fori eſſe dicitur, itaut Iudices ſæculares ſi præueniant Eccleſiaſtico, blaſphemantes ſummo Iure Pragmaticarum huius Regni puniant; quos & in Domino hortamur, vt tale ſcœlus omninò euellere conentur, memores Indulgentiarum eis per Concilium Lateranenſem cōceſſarum annorum decem. Aliquando verò etiã hæreſim continet, & tunc procedit Tribunal tantum Eccleſiaſticum, & Sanctiſsimæ Inquiſitionis Romanæ, adeò quod omnes non ſolum præcepto charitatis, ſed vigore Apoſtolicarum Conſtitutionum tenentur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ denuntiare noſtræ Curiæ huiuſmodi blaſphemias hereticales proferentes, vel qui verbo, aut re quid moliti fuerint contra Catholicæ Fidei puritatem; Nec blaſphemantes publicè, & ex peruerſa conſuetudine quis Confeſſarius abſoluere audeat, vel etiam in foro conſcientiæ niſi in articulo mortis, nam ad nos ſpectare volumus abſolutionem, ſicut de Iure ſpectat ad Sanctiſsimum tan-

tum,

tum, si hæresim blasphemia contineat: Sciant idcircò Confessarij vtramq; speciem discernere, vt muneri suo in re tàm graui plenè satisfaciant.

De Prædicatione Verbi Dei. Cap. IIII.

VT Verbo Dei Animæ sedulò pascantur ab ijs præcipuè, quibus illarũ Cura demandata est, ne vox illa lamentationis audiatur Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Sacrum Conc. Trid. Id vehementer iure optimo exagerat, si enim absq; cibo nemo sit qui naturaliter viuat, cur non magis Animæ, vt spiritualiter viuant, Diuino pabulo nutriantur? Veh Pastoribus, ait Dominus in Prophetis, qui pascunt semetipsos: non ne Greges à Pastoribus pascuntur? Ideo dispersæ sunt, eò quod non sit Pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum.

Ieremiæ cap. 4. *Sess. 24. cap. 4.* *Ezech. c. 34.*

1 Volumus propterea, & seriò mandamus, vt Curam Animarum gerentes, quouis nomine censeantur, sub districta vltione arbitrio nostro declaranda, saltem omnibus Dominicis, diebusq; Festis solemnibus oues sibi commissas salutaribus verbis, exemplo, ac sancti Euangelij prędicatione instruãt, docendo virtutes, quas sectari, vitia item, quæ vitare debent.

2 Singulis autem diebus Dominicis pueros in proprijs Ecclesijs Fidei rudimenta, & quæ necessaria sunt ad salutem doceant, dato prius signo Campanæ post prandium, vt omnes conueniant, moneantq; desuper Parentes, vt pueros suos blanditijs, minisve, vel etiam verberibus ad tam salutare institutũ coarctent, reddituros aliàs de secordia, ac negligentia rationem Deo exactissimam.

3 Concionatores tẽpore Quadragesimæ vniciuiq; Vniuersitatum, & Terrarum nostræ Diœcesis ante

D. N.

D. N. Iesu Christi Natiuitatem liceat deputare, seu eligere, Nostrum tamen cum sit eos admittere cum primum denunciari oportet, aliàs electio ipso iure corruet, vt seriò declaramus, prouisuri opportunè de alijs, qui non minus verbo quàm bonis moribus Populum ædificent.

4 Vniuersitatum verò Procuratores, Camerarij, Syndici, illarumve Officiales, quocunq; nomine censeantur, efficiant omnino, vt illis necessarij, & consueti sumptus pro alimentis subministrentur, peractoq; tam sancto, ac salubri munere, merces eisdem debita hilari vultu contribuatur, Dignus est enim operarius mercede sua; atq; hilarem datorem diligit Deus. Matt. c. 10. Apost. 2. ad Corint. c. 9.

5 Non tamen admittantur ad concionandum Dei Verbum, cuiusuis Ordinis, ac Religionis nisi prius examinati, & approbati à nobis facultatem in scriptis obtinuerint, sed nec etiam in Ecclesijs sui Ordinis, ni petita prius benedictione, nobisq; non contradicentibus ad Decr. Sac. Conc. Trid. Sess. 24. c. 6. de Reformat.

6 Caueant insuper ne Sacra, vel Diuina Officia cœlebrentur, Concionatore in suggesto existente. Mulieres verò distinctum, ac seiunctum habeant locum à Viris in audiendo Diuinum Verbum, ab eodem Curato præscribendũ, vt tàm laudabilis, & honesta consuetudo seruetur, seu etiam introducatur.

De Sanctorum Reliquijs, & Inuocatione, deq; ipsorum Imaginibus, & nouis miraculis promulgandis.

Cap. V.

MAGNA quidem veneratione Reliquię Sanctorum colendæ sunt, qui viua membra fuerunt Christi, ac Templum Spiritus Sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda; Per Fidem enim vicerunt Regna, 1. Corinth. 5.

 operati

operati sunt iustitiam, & adepti sunt repromissio-
ad Hæbreos cap. 11. nes; Ad eorum propterea Orationes, & opem, confugiamus, eosq; suppliciter iuxta Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vsum inuocemus oportet propter nostram inopiam, Dei reuerentiam, & ipsorum Sanctorum gloriam, & honorem: Damnat hinc Sac.
Sess. 25. de Inuocat. & Ven. Sanctorum post princ. Conc. Trid. contrarium impiè sentientes, prout nos damnamus, & anathematizamus. Vt igitur ijs, eorumq; Sacris Imaginibus cultus ab omnibus religiosè exhibeatur: hæc sub pœnis arbitrarijs, etiam Excommunicationis latæ Sententiæ seruanda mandamus.

1 Ne vni loco destinatæ Reliquiæ, ad alium, nobis inscijs, transferantur, nulliq; liceat ex illis aliquid vsurpare, extrahere, vel alijs quomodolibet elargiri.

2 Ad Populi autem deuotionem excitandã ostendi poterunt aliquando, in eorum præcipuè Fœstis cum luminaribus, reuerenter, piè, ac deuotè & dum processionaliter deferuntur iuxta cuiusq; Ecclesiæ ritũ, vsumq; receptum, vt fieri consueuit in Fœstiuitate Beatissimi Patris nostri Pamphili, cuius Reliquiæ maximo Populi concursu circunferuntur Clero præeunte superpellicijs, alijsq; debitis paramentis induto, ac laudes, litanias, precesq; alias decantante.

3 Nulli, personæ etiam insigni, extra arculas, vel vasa, in quibus reconduntur, & tunc reuerenter facibus accensis, à Sacerdote superpelliceo, & Orario induto ostendantur; Deosculandæ pariter tradantur, nec non distinctè in sua Tabella Reliquiæ omnes adnotentur, vt de ijs plena habeatur notitia.

4 Sed neque publicè quis venerari præsumat Reliquias de nouo inuentas; Nulla etiam admittantur noua miracula, nisi prius à nobis recognitis, & approbatis ad formam eiusd. S. Conc. Trid.
Vbi supra circa finem. 5 Imagines verò Christi, Deiparæ Virginis & aliorum Sanctorum, sicuti haberi, & retineri, eisq; debitum

bitum honorem, & venerationem impartiri Ecclesia Catholica docet, (honos etenim qui eis exhibetur, ad prototypa, quæ illi præsentant, exhibetur) sic ullam insolitam imaginem ponere, vel admittere quolibet in loco, vel in Ecclesia etiam exempta, (nobis inscijs) nemo præsumat sub omni pœna arbitraria, vel etiam, quoad Animarum Curam gerentes, suspensionis

De Fæstorum dierum obseruantia.

Cap. VI.

VOLVIT Deus Omnipotens ab vniuerso opere, quod in Mundi Creatione patrarat, die septimo (quam & sanctificauit) requiescere, ad cuius mirabile exēplum Sancta Mater Ecclesia, præcepto etiam Diuinæ legis edocta Fœsta pro Sanctificatione Dei nominis, atque Sanctorum colenda, omniq; deuotione à cunctis fidelibus introduxit, ac mandauit Veneranda, Festiuitatum enim obseruatio, quædam est ferè Beatæ Vitæ, quam expectamus, inchoatio, in qua Dei laus erit assidua. Vt igitur ex omni parte præceptum hoc exequatur, Sacri Conc. Trident. & Pij V. Constitutionis auctoritate suffulti, quæ sequuntur omninò seruari volumus.

1 Cuncti fideles nostræ Diœcesis, (dummodo legitimo non detineantur impedimento, ac discretionis annos non attigerint) Missæ Sacrificio in diebus Fœstis infra præscribendis intersint, abstineantq; ab omni opere seruili, & mechanico per horas viginti quatuor facto à media nocte initio Fœstum præcedente, vsque ad mediam noctem sequētem sub quouis prætextu contrariæ etiam consuetudinis.

2 Excusantur tamen Viduæ à die Virorum obitu ad Mensem circiter, & puellæ nubiles, si domi sem-

 per

per ſiſtant, nec non inopia, aliave neceſsitate præpediti, ſacro intereſſe, vt docent ſacri Canones.

5 Quoad verò ceſſationem ab omni opere ſeruili huic non ſubiacent præcepto pauperes, qui aliàs viuere nequeunt, dum abſque ſcandalo, & ſecreto victum ſibi neceſſarium labore, ſeu artificio aliquo propinent: Operarij inſuper tempore Meſsium, ac Vindemiarum, cœterique ſimiles ab ipſo iure excepti, obtenta prius tamen à nobis, vel à Curatis reſpectiuè noſtræ Diœceſis licentia.

6 Tranſgreſſorum autem, ſi qui impoſterum reperiantur quinque Carolenorum pœna quiſque mulctetur à Curatis locorum per capturam pignorum, alijsve iuris, ac facti remedijs exigenda, itaut etiam in foro Conſcientiæ, niſi prius ſatisfacta, & nobis conſultis, abſolui nequeant, locis enim pijs applicandam fore arbitrio noſtro, iam viſitando, mandauimus.



Series

Series dierum Festorum, qui de præcepto, & consuetudine seruandi sunt in Ciuitate, & Diœcesi Valuen. & Sulmonen.

Quos in Tabella à quocumque Curato adnotari, eamq; publicè exponi, & affigi, nec non singulis diebus Dominicis Festiuitates in hebdomada occurrentes Populo denuntiari volumus.

Festa Mobilia.

OMnes dies Dominicæ.
Dies Paschæ Resurrectionis, & alij duo sequentes.
Dies Ascensionis Domini.
Dies Pentecostes, & alij duo sequentes.
Dies Sacratissimi Corporis Christi.
Dies Cœnæ Domini, & Parasceuæ non sunt de præcepto, sed ex deuotione obseruandi, dum diuina persoluuntur.

IANVARIO.

1 *Circumcisio Domini.*
6 *Epiphania Domini.*
17 *Antonij Abbatis.*

FEBRVARIO.

2 *PVrificatio Beatæ Virginis.*
24 *Matthiæ Apostoli.*

MARTIO.

7 *Thomæ Aquinatis*.
19 S. *Ioseph Confess.*
25 *Annunciatio* B. *Virginis*, *& si venerit in die Parasceuæ non obligat ad audiendum sacrum.*

APRILI.

28 S. *Pamphili nostri Protectoris.*

MAIO.

1 SS. *Philippi*, *& Iacobi Apostol.*
3 *Inuentio Sanctę Crucis.*

IVNIO.

25 *Natiuitas* S. *Ioannis Baptistæ.*
Petri, *& Pauli Apost.*

IVLIO.

25 *Iacobi Apostoli.*
26 S. *Annæ Matris* B.V.

AVGVSTO.

10 *Laurentij Martyris.*
15 *Assumptio* B. *Virg.*
25 *Bartholomæi Apostoli.*

SEPTEMBRI.

8 *Natiuitas* B. *Virg.*
19 *Ianuarij Martiris.*
21 *Matthæi Apostoli.*

OCTOBRI.

4 S. *Francisci Confessoris.*
28 *Simeonis*, *& Iudę Apostoli.*

NOVEMBRI.

1 *Festum omnium Sanctorum.*
11 *Martini Episcopi*, *& Confess.*
30 *Andreæ Apostoli.*

DECEMBRI.

5 *Pelini Mart. Protect.*
21 *Thomæ Apostoli.*
25 *Natiuit. Domini.*
26 *Stephani Prothomartiris*
27 *Ioannis Apostoli*, *& Euang.*
28 SS. *Innocentium.*
31 *Syluestri Papæ.*

DE IEIVNIIS QVADRAGESIMALIBVS, *& alijs obseruandis.* Cap. VII.

QVADRAGESIMALE Ieiunium, quicquid Aduersarij oblatrēt, cum sit cęlesti Maiestate præceptum, non terrena cogitatione inuentum, quod & idem Dominus Noster Iesus Christus ad nostram instructionem exactissimè seruauit, cęteraq; alia Ieiunia Ecclesiastica Quatuor Temporum, & Vigiliarum, ad necessitatem correctionis pęccati, vel satisfactionis in pœnitentia, vel ad eleuationem mentis in spiritualia iure optimo introducta inuiolatè seruāda esse præcipimus: Consistit namque corporale hoc Ieiunium in parsimonia victus, abstinentiaq; ciborum, vt scilicet ab ęsu carnium, ouorum, lactis, caseorum, ac similium nos abstineamus, atq; semel tantū in die comedamus, qui quidem dies declaratur supra in Cap. De obseruantia dierum Festorum: Adiuuandum tamen est oratione, eleęmosina, & spirituali lætitia, nam vt ait Diuus Bernardus Bona est abstinentia ciborum, sed multo melior est abstinentia vitiorum, vnde, vt perfectum sit Ieiunium, in caritate fiat.

1 Dies verò Ieiunij sunt omnes dies Quadragesimæ, exceptis tameņ Dominicis, in quibus ęsus tantum carnium, ouorum, lactis, & huiusmodi prohibetur. Feriæ quartæ, & sextæ, & Sabbati Quatuor Temporum post Pentecost. post Festum Sanctæ Crucis Mensis Septembris, post Festum S. Luciæ, & post dies Cinerum, nec non dies Vigiliarum Natiuitatis Iesu Christi, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorū Apostolorum, (exceptis Sancti Ioannis Euangelistæ, & SS. Philippi, & Iacobi) Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, & Sancti Laurentij.

2 Verum si Festiuitates ipsorum in secūdis Ferijs cęlebrari contigerit, tunc Vigiliæ in Sabbato præcedente

*vt ex cap.*1. *de obseruan. Ieiun.* dente fiant cum Ieiunio ob reuerentiam diei Dominicæ.

3 Singulis sextis Ferijs, & Sabbato carnibus vesci prohibitum est, occurrente tamen Festo Natiuitatis Domini, ob Festiuitatis eminentiam non, nisi qui voto, aut regulari obseruantia sint adstricti.

4 Si fortè contigerit aliquem ex infirmitate, impotentia, aliave necessitate à Ieiunio, & esu carnium excusari, se nihilominus à cibis vetitis abstineat, vsq; dum nostram, vel Vicarij nostri Generalis facultatem obtinuerit, Seu etiam Parochi de consilio Medici in Terris Diœcesis, vrgente repentina aliqua necessitate, quorum attestatio Nobis statim exhibeatur, vt illi prouidere possimus, & interim illorum conscientiam oneramus.

5 Caueant caupones, Macellarij, & huiusmodi ne tẽpore Quadragesimæ carnes, aut lacticinia in publico exponant, neq; palàm deferantur, licet licentiam nostram fortè impetrauerint: Sed nec Comediæ, Tragediæ, aliave iocularia in publico recitentur, aut repræsententur sub pœna excommunicationis.

6 Vigilias Sanctorum Pelini, & Pamphili Diœcesis nostræ Protectorum, (qui quidem sunt duo præclara lumina è quibus Diuinæ gratiæ lumen non semel Deuotos eorumq; supplices consequi experimur) cœlebrandas, nec non piè seruandas hortamur omnes, & enixè admonemus, vt è Monte Sancto vbi perenniter, & gloriosè viuunt, Nos benignè animi gratos prospiciant, opemq; efficaciter impetrent à Domino qui sit benedictus in sæcula.



SE-

SECVNDA PARS.



De Sacramentis, & eorum Institutione.

Cap. Primum.

VONIAM ea est humana imbecillitas, vt res, quæ sub sensum non cadũt, nisi ex ijs, quæ sensibus obijciũtur arguere nequeat, voluit summa Dei sapientia, Verbum, inquam, æterni Patris Christus Dominus, fragili hominum naturę sese accommodans, Mysteria hæc sub sensibilibus signis proponere, ac sapiẽtissimè instituere * (faciliora vtique, virtute maiora, & vtilitate meliora, immo longè sanctiora, ac Diuiniora quàm vetera adhuc penitus consumata °) quippe quę sunt septem columnæ, quas eadem Diuina sapientia excidit, vt super eas Ecclesiæ suæ domum ædificaret, septemve gratiæ fontes vberrimi, atq; perennes, vt filij eius aquam Vitæ ex eis haurirent, sicut Isaias prædixit, † Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

1 Septem itaq; sunt Sacramẽta, nec plura, nec pauciora, Baptismus, videlicet, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium: * in quibus septiformis Spiritus Sancti gra-

* S. Cõc. Tri. Sess. 7. De Sacram.

° D. Augus. lib. 15. c. 83 contra Faustum.

† Is. c. 12.

* S. Concil. Tri. vbi sup. Canon. 1.

tia, ſeptemque virtutes, Theologales, Fides, Spes, Charitas, & quatuor Cardinales Iuſtitia, Fortitudo, Prudentia, ac Temperantia mirabiliter elucent: Non tamen omnia ad ſalutem ſunt ſimpliciter neceſſaria, at nec ſuperflua, vt infra declarabitur, & docent Sacri Canones. *

* d. Seſs. 7. De Sacram.

Baptiſmus, inter hæc, penitus eſt neceſſarius: Niſi enim, ait Chriſtus Dñs, * quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, nō poteſt introire in Regnum Dei.

* Marc. c. 16. & Ioan. c. 3.

Pœnitentia Adultis qui poſt Baptiſmum mortaliter peccauerunt, niſi ait Dominus, † Pœnitentiam, egeritis omnes ſimul peribitis.

† Luc. 13.

Euchariſtia ſingulis neceſsitate præcepti, * Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.

* Ioan. c. 4.

Confirmatio, & Extrema Vnctio pariter vtilia.

Reliqua verò duo, Ordo, & Matrimonium Eccleſiæ, non tamen ſingulis perſonis neceſſaria ſunt. †

† vt docent communiter SS. Patres.

2 Sacramentorum alia ſunt, quæ imprimunt Characterem in Anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, Baptiſmus, nempe, Confirmatio, & Ordo, vnde ea iterari nequeunt, * immo per iteratam Baptiſmi receptionem, ſcienter, & mala fide, irregularitatem incurri cautiſsimum eſt in Iure, quæ quidem multiplicaretur, quoties reiteratio fieret Baptiſmi: Non tamen per reiterationem Confirmationis, & Ordinis, quantumuis indignam, & peccaminoſam, cum non ſit, quicquid alij aſſeuerent, in Iure expreſſa. *

* d. Seſs. 7. de Sacram. can. 9.

* Suar. diſp. 42. De irregul. ex indigna recept. Bapt. ſect. 1. & 2.

3 Conferunt ſeptem hæc Sacramenta gratiam non ponentibus obicem ſemper, & omnibus quantum eſt ex parte Dei, † quinimmo eandem augent gratiam; nam per ea, vt docent SS. Patres, * Omnis vera Iuſtitia, vel incipit, vel certè augetur, vel amiſſa reparatur. Purè hinc, deuotè, ac firma fide non minus adminiſtranda, quam ſumenda ſunt à fidelibus, ea-

† d. Seſs. 7. cā. 6. 7. et 8.

* Ead. Seſs. in princip.

que

que saltem virtuali intentione, quam Sancta Mater Ecclesia facere intendit: Etenim Ministri intentio, materia, & forma in quolibet Sacramento, vt sint perfecta, omnino necessaria sunt iuxta illud, Accedit verbum ad elementum, per Ministri intentionem, & fit Sacramentum.

4 Legitimi verò Ministri regulariter sunt Parochi, cæterive Sacerdotes ab Ordinario approbati, (non tamen Confirmationis, & Ordinis, quorum Collatio ad Episcopum tantum spectat; & Matrimonij, cum sint ipsimet contrahentes, vt suo loco dicetur) qui quidem superpelliceo, & Orario induti, nisi locus, tempus, & occasio aliter suadeat, dignè (id est in gratia, præuia, inquam, Confessione, seu saltem Contritione, vt peccatum mortale euadant) atque humiliter Mysteria hæc Sacrosancta solemniter administranda, cum distincta, & clara verborum forma, (ne fortè, syncopando, vitietur, nulliusq; reddatur virtutis) dispensent, & conferant. Ritus item, & Cæremonias in Missali, ac Rituali Romano præscriptas adamussim seruari præcipimus.

De Baptismi Sacramento. Cap. II.

1 SACRAMENTVM hoc ad spiritualem fidelium regenerationem à Christo Domino institutum per lauacrum aquæ in verbo vitæ, *ad Ephes. 5.* est principium, & ianua Sacramentorum; quia per Baptismum fit homo capax ad cætera Sacramenta Ecclesiæ recipienda, propterea absolutè necessarius ad salutem, ac longè quidem excellentior, *cit. Sess. 7. can. 5. De Baptismo.* & præstantior Circumcisione: Porrò non octaua die tantum, sed vnicuiq; tàm Masculo, quam Fœminæ semel administrari semper potest, adhuc etiam Infantulo recenti, vel non benè ex vtero Matris edito, si mortis periculum immineat, dummodo caput,

vel aliqua pars Corporis appareat principalis.

2 Gratiam confert, imprimitq; Characterem indelebilem in Anima, quam gratiam Circumcisio solùm significabat. Facilius datur, adhibita aqua elementari, vti materia remota, nam proxima exterior est Ablutio, & Forma, de qua infra. Dat, & significat effectus spirituales, præter gratiam sanctificantem, dona quæ ipsam consequuntur, supernaturalem potestatem, auxilia spiritualia, & huiusmodi.

d.Sess.7. de Sacram.

§. 11.

3 Sit itaq; Fons Baptismalis è marmore, seu lapide, aut saltē æneo stamneato constructus, habeatq; Pyramidale cyborium ex Tabulis benè compactis, serico, vel tela, intus, foris verò conopæo decenter circumseptum, ac desuper Imaginem Sancti Ioannis Baptistæ: In loco conspicuo, aptèque disposito firmetur: Ne sint in eo scissuræ, præter illam, per quam aqua effusa iam in Baptismo, ad Sacrarium defluat: quod quidem Sacrarium propè ipsum Fontem extare volumus, nec non vtrumq; benè obseratum: Olea Sacra in suis vasculis in eodem Baptisterio, seu in loco tuto, & sacro decenter asseruentur, Claues verò penes Parochum, eiusve substitutum custodiantur.

4 Pueri ad sacrum Fontem quamprimum saltem intra triduum post partum (nisi causa aliqua rationabilis aliter suadeat) deferantur sub pœna peccati mortalis contra parentes, seu etiam obstetrices id negligentes: Qui enim amat periculum peribit in illo, quod vtiq; Infantulis non semel imminet.

ad tex. in clem.1. De Bapt.

5 In Domibus priuatorum nullatenus baptizentur, (nisi necessitas, & mortis casus vrgeat) deferantur tamen, si supravixerint, ad Ecclesiam, ibique Sacramentalia ritè adhibeantur.

6 Quilibet Homo rationis capax licet Hæreticus, Infidelis, Paganus, Excommunicatus, Notorijs Peccator, & huiusmodi in casu necessitatis baptizare admittitur, *(non tamen solemniter, & in aqua sanctificata)

ctificata) nisi ex carentia alterius aquæ; alias grauiter peccarent, licet Baptismus subsisteretur. Verum tamen Ordo dignitatis seruandus est, ita ut Parochus simplici Sacerdoti, Sacerdos Diacono, Diaconus Subdiacono, Subdiaconus Clerico in Minoribus, inter Clericos altiori gradu insignitus, Clericus Laico, Masculus Fœminæ, Fidelis Infideli sit præferendus, sub pena reatus culpæ mortalis, Clericus autem, seu etiam ipse Diaconus si præsente Parocho, seu Sacerdote solemniter baptizaret ipso Iure irregularitatem contraheret: Sed & ipse curam Animarum gerens grauiter peccaret, dum ex alia aqua, quam benedicta ablueret, sicut si Ritus, Ecclesiæq; cæremonias omitteret, quinimmo si id contemnat anathema censebitur: nec ijsdem Diaconis sacrum hoc Mysterium præsente Parocho, vel Præsbytero, nisi vltima languoris necessitas cogat, explere licitum est, quod Laicis fidelibus plerumq; permittitur, ne quispiam sine remedio salutari, (cum sit necessitatis Sacramentum) de sæculo euocetur.

de cōsecr. dist. 4. c. in necessitate, & c. quomodo exaudit.

ad tex. in c. 1. De Cler. ritè nō ord.

cit. Sess. 7. de Sacram. can. vlt.

7 Ad Ritum Missalis, & Ritualis Romani Baptismalis aqua sanctificetur, sacris Oleis bis in Anno adhibitis, in Sabbatis nempè Paschatis, & Pentecostes. Olea autem Sacra Curatus per se, aliumve Sacerdotem substitutum à nostrarum Cathedralium Præfecto, seu Sacrista in Vasis argenteis, vel stāneis excipiat, adiecta die, & propria subscriptione per Sacristam, eiusve substitutum in libro ad hoc designato adnotandis.

c. constat de consecrat. dist. 4.

8 Baptizandorum Nomina non sint ethnica, ridicula, aut prophana, sed omnino alicuius Sancti, vel Sanctæ; Vnus tantum siue vir, siue Mulier, vel ad summum vnus, & vna ad leuandum Puerum de sacro Fonte admittantur, qui fidei saltem rudimenta, Symbolum, inquam, Apostolorum, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam scire, eademque bapti-

d. Sess. 24. De reform. matr. c. 2.

baptizatum docere tenentur, aliàs reijciantur, sicuti Meretrices, Excommunicati, Criminosi, publicèq; peccantes, vel etiam Regulares quocunq; nomine censeantur, ni prius nostra, eorumq; Superiorum licentia obtenta.

9 Cognatio autem spiritualis inter Patrinum, ac Baptizatum ipsum, & illius Patrem, & Matrem, nec non inter Baptizantem & Baptizatum, Baptizatique Patrem, & Matrem tantùm contrahitur, itaut Matrimonium inter ipsos contractum iure ipso dirimatur, at præter Patrinos cognatio hæc spiritualis, etiam si Infantem quis fortè tetigerit, contrahi non potest.

d. Sess. 24. eod. c. 2. Baptizati insuper in libro benè compacto vna cum Parentibus, ac Patrinis eorumq; nomina, & cognomina eodem saltem die, seruata forma ad literam in Rituali Romano tradita, describantur.

10 Obstetrices sint adeo peritæ, vt rectè Baptismi formam proferre nouerint, sintque vita, bonisq; moribus instructæ, atq; à nobis immediatè, vel mediatè approbatæ, alias Curati decem ducatorum pœna mulctetur, Obstetrices verò ab ingressu Ecclesiæ statim interdicantur.

11 Forma auté Baptismi hæc est N. Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sācti Amen, sed aquæ effusio, licet vnica tantum sufficiat, ter tamen distinctè fiat in signum tridui mortis Christi, & Trinitatis personarum super caput Baptizādi, eiusve partem corporis principalem, in casu necessitatis, vt nuper exposuimus, statim, ac verba proferūtur, quorum tamen prolatio si ante incipiat, quàm terminetur ablutio, vel econuerso, parum interest, punctualiter enim vix ablutio ipsam formam comitari potest.

De consecr. c. De trina merfione dist. 4.

Sān Ricard. in 4. dist. 3.

12 Baptizati extra Ecclesiā, necessitate imminente, vt sunt ferè omnes Infantes expositi, de quorum Baptismo interdum dubitatur, dum ad Sacramenta-

lia

lia sumenda deferuntur (viso prius exactè an verè abluti fuerint) baptizentur formiter sub conditione, N. si nō es baptizatus Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Qui quidem Infantes in priuata etiam Domo baptizati, si de sęculo euocentur, non in communibus; & promiscuis Cœmeteriorum, & Ecclesiarum sepulturis illorum corpuscula humentur, sed quatenus commodè fieri potest separatos loculos, & sepulturas ab alijs habeant: vel etiam non sono lugubri, sed potius festiuo in eorum funere Campanæ pulsentur, præcedente Cruce sine hasta, adhibitisq; alijs cęremonijs in Rituali Romano præscriptis. *Sub tit. De exequijs paruulorum.*

13 Præcipimus præterea sub pœna Excommunicationis ne Parentes, Nutrices, alijve, Paruulos qui adhuc decimumquintum Mensem non perfecerint in lecto retineant, ad euitandum oppressionis, & suffocationis periculum, quod non rarò contingit; at si suffocatio hinc sequatur, ad nos pro absolutione confugiant delinquentes.

14 Sciant denique cuncti neminem in nostra Cathedrali Ecclesia Ciuitatis Sulmonensis in qua Fons Baptismalis tantùm existit, (ità vt ad ipsum baptizandi omnes concurrant oportet) præter Canonicos Sacerdotali Ordine insignitos baptizare posse, sunt etenim Sacramenti huius Ministri legitimi, cæteri verò Sacerdotes de nostra, illorumve licentia idem munus, si libet, expleant.

De Confirmatione. Cap. III.

1 MAgna quidem veneratione Confirmationis Sacramentum à Christo Domino institutum habendum est, tùm quia in eo datur specialis Spiritus Sancti protectio, & auxilium ad Fidem viuam constantèr tenendam, & profitendam,

dam.* (Effectus vtique gratiæ sanctificantis) eademque Baptismalis augetur, & roboratur, quæ nisi ex obice suscipientis impediri nequit, licet eo sublato statim ipsius restituatur effectus, † tum quia ab alijs perfici non potest, nisi ab Episcopis, quibus solis hęc dignitas concessa est, & aliter præsumptum irritum habetur, & vacuū: * Episcopus enim est veluti Dux in Exercitu, ad quem spectat Milites recipere, & consignare, cuius potestas Ordinis est suprema: Confirmati autem athletæ Christi dicuntur contra vitia, & Diabolum, nec non armati ad Mundi huius prælia, & agones; Sine namq; Armis contra rationem est ad pugnam accedere, sed & victuris necessaria esse Confirmationis auxilia firmat Melchiades Papa. †

* S. Cōc. Tri. Sess. 7. can. 2.
† ex comm. scribentium doctrina.
* d. dist. 5. c. 3. De cons. & confirm. S. Cōc. Triden. sess. 7. can. 3.
† Ea. dist. 5. c. 2.

2 Cuncti itaq; fideles, vt ait Pontifex Vrbanus [a] per impositionem Episcoporum manus Spiritū Sanctum post Baptismum accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur, at nō de necessitate salutis, reatu tamen culpæ mortalis argueretur, qui ex contemptu; vel etiam ex negligentia crassa hoc tam salubre Sacramentum renueret.

[a] Ead. dist. c. 1.

3 Forma autem hæc est N. Consigno te signo Crucis, & Confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen, tradita planè à Christo Domino Sacramentorum omnium auctore, quam ab ipsis Apostolis Ecclesia sancta accepit: Sed sicut Chrisma, quod est Oleum Oliuarum Balsamo permixtum ab Episcopo consecratum, (quæ saně permixtio, & noua consecratio sunt de necessitate præcepti, sine quibus confirmans grauiter peccaret) materia est remota, ita Vnctio ipsa Sacramenti huius materia proxima est. *

Cathechismus Rom. ex Fabiano Papa pag. 224. 225.
* Doctores omnes cōm.

4 Patrinus verò, seu Susceptor qui confirmandum teneat omnino adhibeatur, sitq; vnus, vel vna tantum, est etenim de necessitate præcepti, siquidem tanquam Tyro indiget in spirituali Militia, vt ali-

cuius

culus arte, & consilio doceatur, ac muniatur. Adulti autem confirmandi moneantur, vt Pœnitentia Sacramentali expiantur prius, vel saltem conterantur, Fideique rudimenta, sicut & suscipiens ipse, calleant, alias excludantur penitus. Sed & cognationem spiritualem inter Confirmatum, & Confirmantē, Confirmatiq; Patrem, ac Matrem, & inter suscipientem, ac susceptum, susceptiq; parentes contrahi sciant. *d. Seß. 24. c. 2. de refor. matr.*

5 Id præterea ab ijdem Curatis pensandum est, vt quisq; Confirmandus, stato tēpore præfigendo, suam schedulam sui ipsius, ac suscipientis nomen, & cognomen continentem deferat, ijsq; in vnum recollectis, in librum benè compactum illorum quilibet, functione peracta, describatur, vt serio præcipimus.

De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. IIII.

1 DEvs qui diues est in misericordia, & miserationibus, cuius infinita bonitas superexaltat vniuersa, volens omnes homines saluos fieri, nemine mq; ex parte sui perire, quemadmodum per lauacrum regenerationis, & renouationis in Christo Domino ex Aqua, & Spiritusancto originale peccatum (idest corruptio, & infectio Naturæ per trāducem transiens ad posteros) † purgari, remitti, ac omnino deleri voluit, sic mortale peccatum, (vt est actuale Animæ aduersatricis, motu proprio auertentis sese à Deo, & lege eius) remitti censuit per viam lotionis, seu sacræ Pœnitentiæ purgationis, iuxta illud * Purgationem faciens veterum delictorum, & illud † Sed ablutis estis, &c. Adulti itaq; omnes mortali aliquo peccato post Baptismum inquinati, ad Pœnitentiæ Sacramentum ab eodem Christo Domino institutum, ad peccatorum remissionē, vel etiam ad primam gratiam, & iustitiam assequendam, confugiant oportet, (Etenim à mortuis excitatus, in- *ad Ephes. 2. Ezec. c. 33. Ioan. 3. ad Titū, 3. 1. Petr. 3. † ad Rom. 5. ibi per vnum hominem. *ad Hebr. 1 †1. Corin. 6 S. Cōc. Tri. seß. 14. c. 1. de S. Pœn. Sacram.*

ſufflauit in diſcipulos ſuos dicens, Accipite Spiritum Sanctum; Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis; Et quorum retinueritis retenta ſunt; Itaut ſi peccatum vſq; ſeptuagies ſepties, hoc eſt toties, quoties peccare nos contingat, reiteraretur; Diuinum hoc Sacramentum reiterari poſſe vniuerſorum Patruum conſenſus ſemper intellexit. *

Matth. 6. & 18. Luce. 17. * d. ſeſſ. 14. per totam.

2 Materia remota Sacramenti huius, actuale peccatum eſt poſt Baptiſmum, (mortale, ſcilicet, & veniale) at neceſſaria, mortale tantum eſt, ſufficiens veniale: Siquidem ſicut mortale, non, niſi per hoc Sacramentum (cum opportunè illud ſuſcipiendi detur copia) tolli poteſt, ſic de veniali, neceſſe haud eſt vt fiat ſacramentalis confeſſio. Hinc aduertendum duximus de quolibet etiam peccato actuali ritè confeſſo, poſſe iterum, tanquam vera materia, Pœnitentiæ Sacramentum confici. †

Eſt cõmunis ſenſus Catholicorum, & vſus, & colligitur d. ſeſſ. 14. c. 5. & can. 7.

3 Materia autem proxima, actus ſunt Pœnitentis, cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio. Verum partes materiæ eſſentiales, duæ ſunt tantum, cordis contritio, & oris confeſſio (ſatisfactio enim operis, integralis ſolùm dicitur) ſicut & formæ eſſentia (præmiſſa peccatorum accuſatione) in his tantùm duobus verbis, Abſoluo te, formaliter conſiſtit; Non tamen abſq; vrgenti neceſsitate recedere licet ab vniuerſali Eccleſiæ ritu, ac cęrimonia, quæ forma hac vtitur ſemper. Ego te abſoluo à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. His poſitis.

Vt communiter Sacri Theologi docent, ac S.S. Conc. Flor. & Trident. deffiniunt.

4 Licet ſemel in Anno fidelis quiſque, poſt quam ad Annos diſcretionis peruenerit, omnia peccata ſua proprio Sacerdoti fideliter confiteri, nec non in Paſchate Euchariſtia Sacramentum, in Eccleſia Parochiali reuerenter ſumere teneatur, adhuc tamen, ſi mortis periculum probabiliter immineat, tùm infirmitatis, tùm itineris, & nauigationis cauſa, & Sacerdos

c. oĩs vtriuſque ſexus de Pæn. & remiſſ.

cerdos celebraturus, aut Sacramenta solemniter sit administraturus, confiteri, vel saltem (absente Confessario) contreri, sub reatu culpæ mortalis, Ecclesiastici etiam interdicti, obnoxius est.)

5 Sciat insuper quod in Diœcesi nostra Sacramenti huius Minister solus ille est, qui habet in hoc foro iurisdictionis potestatem ordinariam, vt est Parochus, vel Delegatam, Sacerdos videlicet, tàm secularis, quàm regularis à nobis, vel Vicario nostro generali approbatus: (Regularis verò bonum deferat, & in Curia Episcopali exhibeat oportet sui Superioris testimonium, de ipsius vita, moribus, ac sufficientia.) Qui vtique Confessarij præuia confessione, vel ad minus (vt supra annuimus) contritione, præfusisq; ad Deum præcibus tàm venerabile Sacramentum circumspecti perficiant.

6 Hinc in singulis Ecclesijs ex Tabulis sectilibus, confessionalia constituantur, ita vt Tabella Confessarium à pœnitente diuidat, eiusq; fenestella (quæ ferrea sit, aut saltem lignea) minuta habeat foramina, è quibus pœnitens tangi, sed & vix conspici nequeat. In loco Ecclesiæ perspicuo collocentur, Bullaq; Cœnę Domini, & Casus nobis reseruati, in ijsdem affigantur, sub pœna ducatorum decem, locis pijs arbitrio nostro applicañ. Caueant hinc Confessarij ne sub quouis prætextu, nisi infirmitatis, aliave legitima causa, Mulierum præcipuè, & Puerorum confessionem extra Confessionale audiant, sub districtæ suspensionis vltione: In Ecclesia autem (vrgente Populi concursu) si tot Confessionalia non suppetant, Viros tantum, Puerosq; admittant.

7 Volumus præterea, & expresse mandamus, Pueros, cum ad septemnium peruenerit, vsumq; rationis habuerint, ad Pœnitentiæ Sacramentum arctari, nec non ad Sacram Eucharistiam sumendam à decimo, vsque ad decimumquartum ætatis Annum: (alijs

enim citius, alijs tardius illucescit rationis radius, & indiuisibilis terminus præscribi nequit) At prius à Parochis de Fidei rudimentis, alijsve requisitis, & necessarijs (ita vt sciant quid agant) enixè instruantur.

Ita Possev. in addit. ad Sà, Verbo, Eucharist.

8 Sciant etiam omnes Decretum fel. rec. Clemen. Pap. VIII. qui in generali Congregatione de Anno 1602. vetuit omnino sacramentaliter confiteri per literas, vel internuntium Confessario absenti, & ab eodem absolutionem obtinere, idq; damnauit ad minus vti falsum, temerarium, & scandalosum, præcepitque, ne deinceps quouis modo cõtrariũ afferatur, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Summo tantùm Pontifici (præterquam in articulo mortis) reseruata.

9 Meminerint similiter Constitutionum fel. recor. Innoc. III. & Pij V., quas, inter Missarum solemnia à nostræ Diœcesis Curatis, sæpe publicari volumus; Hortantur enim hi Pontifices coniunctos omnes, familiares, & domesticos alicuius infirmi, ac præcipue Medicos, vt quamprimum de illius infirmitate certiorem Parochum faciant, qui Sacramenta opportunè eidem administrare valeat, moneantq; interim ægrotum, & benignè ad Confessionem inducant, quam si fortè renuerit, seu etiam neglexerit, die tertio peracto, Medicus eum omnino deserat, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, perpetuæ infamiæ, priuationis Doctoratus, alijsq; in dictis Constitutionibus cominatis, & inflictis.

10 Sed & Regulares Confessarij ad Infirmorum Confessiones excipiendas nullatenus, (nisi casu mortis imminente) accedant inuito Parocho; Verum si munus hoc in tali periculo egerint, Parocho mox referant, vt ægros cæteris roborent Sacramentis; alias inhabilitatis pœnæ audiendi Confessiones in Diœcesi nostra eo ipso subiaceant.

11 De-

11 Debent deniq; Sacerdotes Domini (vt Sacri Concilij Trid. verbis vtamur) quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & conuenientes satisfactiones iniungere, nisi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædã opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur: Super omnia autem Simoniacæ labis periculum in ijsdem pœnitentijs, votisve commutandis, euitent: Arrogare hinc sibi ipsis pecuniarias pœnas neutiquã præsumant, alias suspensionem ab audiendis confessionibus, præter à Sacris Canonibus inflictas, se nouerint eò ipso incursos. d. Sess. 14. c. 8.

De Casuum Reseruatione. Cap. V.

1 CONSONVM quidem est Diuinæ auctoritati delictorum reseruationem, tùm in externa politia, tùm coram Deo, vim habere: Quinimmo vt docet Sac. Conc. Trid. ad Christiani Populi disciplinam summopere pertinere: Meritò hinc Summi Pontifices grauiora quædam crimina suo peculiari iudicio reseruare assolent sed & hoc idem Episcopis omnibus, pro suprema potestate, in sua cuiq; Diœcesi illis tradita, licere decernitur. Volentes propterea ad subditorum ædificationem eàdem nos potiri facultate, vt quadam ferè erubescentia, ac potius timore ab huiusmodi criminibus sese quisq; abstineat, retrahat, ac resipiscat: expresse præcipimus, ne Sacerdos vllus tàm Secularis, quàm Regularis, à sequẽtibus Casibus (quos nobis tantùm, vigore præsentium reseruamus) absoluere, extra mortis articulum, præsumat absq; nostra licentia, sicut etiam à Censuris, & Casibus Sedi Apostolicæ precisè reseruatis, sub pœna excommunica- d. sess. 14. c. 7. de Casuũ reseruat.

tionis,

tionis, priuationis officiorum & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi Confessiones, & ad quæcunq; officia Prelaturas, & Beneficia imposterum obtinenda, ipso facto, & absq; vlla alia declaratione incurrenda; Super quibus à nemine, nisi in mortis articulo, impartiri possit absolutio, habilitatio, aut dispensatio, quam à Romano Pontifice; Sed & pœnitentes nouerint ipsorum absolutionem aliter factam nullam esse, nulliusq; roboris, & momenti; vt plene patet in Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum Anni 1601. sub Clemente Papa VIII.

Confessarij autem, cum opus fuerit, pœnitentibus ad Superiores, legitimosq; Iudices suos, accedere consulant.

CASVS ITAQVE RESERVATI

sunt infrascripti.

1 SVffocatio, vel Infantium oppressio, etiamsi casu eueniat, dum in lecto ætatis minores quindecim mensium retineantur;

2 Violatio Clausuræ Monialium, quamuis ad bonum finem; Etenim ad malum, eo ipso excommunicationi subiacent violatores.

3 Alloquutio cum ijsdem ad malum finem, etiam per Epistolam.

4 Periurium in Iudicio cũ damno proximi, si quinq; ducatorum summam damnum excesserit.

5 Blasphœmia in Deum, & Sanctos, ex peruersa consuetudine.

6 Sortilegium cum expressa Dæmonum inuocatione, sed si quid crediderint, quidve verbis, & re, moliti fuerint contra Catholicæ Fidei puritatem Sedi Apostolicæ in Bulla Cœnæ Domini reseruatur excommunicationis absolutio.

7 Abusus

7 Abusus rerum sacrarum : Si verò Fidei Christianæ repugnet. Sanctissimo tantùm in eadē Bulla Cœnæ Domini excommunicationis absolutio demandatur.

8 Sacrilegium ex furto sacrarum rerum, aliarumve quarumcunque, è loco sacro prouenientis.

9 Procuratio Abortus; effectu tamen sequuto.

10 Legentes notabiliter, aut retinentes Libros prohibitos.

11 Incœstus in primo, & secundo gradu consanguinitatis, & affinitatis ex copula tantùm licita contractus.

12 Sodomia: at solùm inter Mares, si decimumquartum ætatis Annum perfecerint.

13 Incendium ex proposito.

14 Concubinatus, quamuis secretus, si præuia bina Confessarij monitione, adhuc persistat.

15 Commutatio, ac votorum quorumcunq; dispensatio.

16 Incertorum restituendorum dispensatio ducatorum quinque summam excedentium.

17 Transgresio Festorum de præcepto, quoad viros tantùm.

18 Aesus carnium, & lacticiniorum in Ieiunijs, ac in diebus ab Ecclesia vetitis, non obtenta prius licentia, vel necessitate legitima vrgente.

Quò nihilominus ad beneficium absolutionis facilis sit recursus RR. DD. Antonium Monachum, & Marcum Antonium Rotolum Theologos, Pœnitentiarios nostros cōstituimus, cum plena facultate ab ijsdem Casibus nobis reseruatis tùm absoluendi, tùm etiam cęteris Confessarijs, pro peccatis tantùm confessis, subdelegandi.

De

Cap. VI.

1 SACRAE Eucharistiæ venerabile Sacramentum consummatio dicitur, ac perfectio Sacramentorum omnium: Continet enim in se, sub speciebus Panis, & Vini, fonté ipsum & gratiæ Auctorem, Maiestatem, inquam, Christi Domini, qui est verus Deus, & Homo, verè, realiter, ac substantialiter, quod vtiq; Sacramentum ipse Saluator, discessurus ex hoc Mūdo ad Patrem, instituit, tùm vt diuitias Diuini sui erga homines amoris velut effunderet, memoriam faciens mirabilium suorum, tùm vt ineffabili quodammodo vsq; ad societatem etiam germanissimam nos sibi coniungeret: Opus idcirco, quod per regenerationis lauacrum in nobis inchoat, per Confirmationis Mysterium perficit, per Pœnitentiam restaurat, & per se ipsum conseruat, fouet, & mirabiliter nutrit.

B. Dionys. cap. 3.

S. Cōc. Trid. Sess. 13. c. 1 De S. Euch. Sacram.

Psal. 110.

D. Cyprian. De Cœna Domini.

2 Dignitate itaque, atq; excellentia adeò primum est omnium; vt comparatione eius penè nihil esse cœtera videantur: Quartum tamen locum obtinet, quia in vsu Sacramentorum eundem gradum seu ordinem tenet: Quid namq; mirabilius, quàm à Sacerdote debita verborū forma prolata super Panem, (Hoc est Corpus meum) & super Vinum (Hic est Calix Sanguinis mei &c.) Statim Panis in carnem, & Vinum in sanguinē transubstantientur, itaut Christus Dominus, Verbum æterni Patris, totus, & integer sub alterutra, atq; sub vtraq; specie contineatur. Corpus, inquam, verusq; eius sanguis sub Panis, & Vini accidentibus vnà cum ipsius Anima & Diuinitate, ex vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ?

Ead. sess. 13 cap. 3.

3 Summum igitur studium quisq; in eo ponat Curatus, vt venerabile, ac tremendum hoc Sacramentum,

tum; ea qua decet reuerentia, debitoq; cultu, tractet, custodiat, & administret. In Ecclesijs propterea, in quibus asseruari cõsueuit, sit Tabernaculum honorificum, iuxta cuiusq; facultates, vesteq; serica interiori, & exteriori circumseptum: In decenti, atq; eminentiori loco collocetur, sitq; ab omni alia re vacuum, benè firmum, & circumquaq; clausum: Clauis verò (quæ habeat suam cordulam sericam) à cœteris alijs seiuncta, penes Parochum, eiusve Præsbyterum substitutum custodiatur. In eo aliquot Particulæ consecratæ (quæ etiam pro vsu infirmorum sufficiant) in Pixide ex solida, decentiq; materia, eaque munda, & suo operculo benè clausa, albo velo cooperta, (& quantum res feret) ornata, supra Corporale benedictum recondantur. Lampades coram eo plures, vel saltem vna perpetuò, die, noctuq; ardeat: Sed & sacras Particulas renouari, quolibet ferè octauo die, & antiquas sumi, seu distribui præcipimus.

4 Populum sæpius admoneat Parochus, qua præparatione ad tàm Diuinum Sacramentum accedere habeat: Summa etenim animi religione, pietate, humiliter, ac dignè à fidelibus vtriusq; sexus (nullius, videlicet, sibi cõscijs mortalis peccati) & à media nocte ieiunis sumendum est: Quippe quod, etiam si in die Paschatis Resurrectionis quisq; de præcepto suscipere arctetur, sub pœna etiam Interdicti Ecclesiastici, hortandi tamen sunt omnes, vt saltem in maioribus anni solemnitatibus Sacram hanc Eucharistiam, quæ gratiarum actio dicitur, cibusque perfectorum, Animi grati frequentent.

1.Corin.11.

Vt sup. docuimus de Sacr. Pœn. §. 4. & 7.

5 Fideles autem alienæ Parochiæ in Communione Paschali ad proprium Parochum remittantur, Peregrinis exceptis, & Aduenis, nec non qui certum Domicilium non habent, quibus vtiq; si dignè accesserint, sacra præberi poterit Communio, secus verò

vbi adest Ecclesia Cathedralis, tunc enim eiusdem Curatos adeant opus est.

6 At publicè indigni, quales sunt Excommunicati, Interdicti, manifestèq; Infames, vt Meretrices, Concubinarij, Fœneratores, Magi, Sortilegi, Blasphemi, & alij eius generis publici Peccatores, nisi de eorum pœnitentia, & emendatione pateat, & publico scandalo prius legitimè satisfecerint, arcendi omninò sunt: Sicut etiam Amentes, seu Phrenetici, Obsessi item à Dæmone, in periculo etiam mortis, admitti nequeunt, nisi quando lucida habeant interualla, deuotionem præseferant, nullumq; indignitatis periculum adsit.

7 Porrò indigni occulti ad Diuinum hoc pabulum accedentes non repellendi, sed potius prudenter, benignè, ac secretò sunt admonendi, ne Iudicium sibi manducent, & bibant. *

* c. nō prohibeat de Consecrat. dist. 2.

8 Debēt insuper Curati, cum ad infirmos Sacrum Viaticum deferri contigerit, aliquot Campanæ ictibus Populum conuocare, seu Confratres Sanctissimi Sacramenti (vbi Societas fuerit instituta) qui cum Cereis, seu intorstitijs illud comitentur, deferantq; Vmbellam, seu Baldachinum: sub quo Minister superpelliceo, & stola, Pluuiali etiam (si haberi potest) albi coloris à Clericis, alijsve associatus, decenter, & de more, Pixide, in qua aliquot sint Particulæ consecratæ, vtraq; manu accepta, velo serico oblongo sibi prius ab vtroq; humero imposito, incessu graui ad infirmum procedat, consuetos Psalmos alternatim recitando, seruatis in reliquo adamussim præscriptis in Rituali Romano, vt seriò præcipimus: Expletisq; omnibus, reuerenter eodem ordine ad Ecclesiam reuertatur, ibiq; in Altari Sacramentum repositum genuflexus adoret, indulgentias à Summis Pontificibus concessas annuntiet, benedicatq; comitantibus. Sed sicut cæteris infirmis, qui

In tit. de Cōmunione infirmo. ū.

qui ob deuotionem in ægritudine communicant danda est Eucharistia (præuia tamen Cõfessione, quamuis contriti videantur) ante cibum, & potum, non aliter quam alijs fidelibus, quibus nec per modum etiam Medicinæ aliquid ante sumere licet, sic eam pro Viatico (quod quidem ministrabit Parochus, cum probabile fuerit non amplius fore sumendum) etiam non ieiunis præberi poterit, vt cautissimum est apud omnes.

9 Nullatenus tamen sub prætextu cuiusuis rei, adorationis etiam, & deuotionis deferri, ac ostendi licet, sed nec eis qui assiduam Tussim, aliumve similem patiantur morbum, indecẽtia enim aliqua, cum iniuria tanti Sacramenti timeri facilè potest.

10 Illud præterea præmonendum duximus, quod Sepulchrum in Hebdomada Sancta ad Rubricã Missalis Romani instruatur; Venerabilemq; Eucharistiam non in Custodia, sed in Calice (ad Mysterium sepulturæ Domini repræsentandum) recondi volumus.

11 Clerici autem in Minoribus constituti, vt ad altiores dignè promoueãtur Ordines, in solemnioribus Festis, videlicet, Domini Nostri Iesu Christi, & Beatissimæ Virginis, Subdiaconi verò, & Diaconi singulis etiam Dominicis, ad tam salubre Sacramentum accedant necessum est.

De Missis Celebrandis. Cap. VII.

NOLVIT pijssimus Christus Dominus Ecclesiam suam priuare Sacrificio, quo publico ritu, & nomine totius sui populi Deum colat magis, quam cęterę Nationes, quæ fuerunt tempore Legis Naturæ, & Scriptę: Cur enim in hac parte, quæ præcipua est, & ad Dei cultum maximè spectat, imper fectam vllo modo reliquisset?

liquisset? At licet idem Dominus introierit semel in sancta, æterna redēptione inuenta, † quæ quidem fuit sufficiens, satisq; copiosa, * adhuc tamen, vt ait Clem. Rom. * Pro Sacrificio cruento, rationale, & incruentum, ac mysticũ Sacrificium instituit, quod in mortem Domini per symbola Corporis, & Sanguinis sui celebratur.

† Ad Hebr. cap. 9.
* Ps. 129.
* Lib. 6. Cōstit. c. 23.

2 Missa igitur de qua agimus, est legis gratiæ Sacrificium perfectionem omnium veterum, Naturæ, Scriptæve Legis Sacrificiorum continens, veluti eorum omnium recapitulatio, sicuti Sacramentum Eucharistiæ, vt supra annuimus, memoria omnium mirabilium, quod vtiq; in hoc Missæ Sacrificio conficitur, in quo ipsius Christi Domini seruatoris Passio perpetuò repræsentatur. Hoc inquit, facite in meam commemorationem. Huius quippe oblationis placatus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia, dimittit, cum sit Sacrificium viuis, & defunctis verè propitiatorium.

De Sanctissimo Sacramēto Euch. in princ.
1. Corinth. 11.
S. Cōc. Tri. sess. 22. c. 2. De Sacrific. Miss.

3 Ministri autem Sacrificij huius Sacrosancti, Sacerdotes sunt legitimè ordinati, quos cũ verò corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contritos, ac pœnitentes accedant oportet, vt misericordiam cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno: Sed quænam sit eius forma diximus sub titulo de Sāctissimo Eucharistiæ Sacramento, * Materia verò Pânis triticeus est, qui in Ecclesia latina debet esse Azimus, non fermentatus sub præcepto, quoad Corporis consecrationem, & Vinum vitis, quoad Sanguinem, cui parum aquæ miscendum est de necessitate etiam præcepti, ad memoriã profusi amoris, quo Christus in Ara Crucis fudit è pectore aquam, & Sanguinem. *

Ead. sess. & cap. 2.
* cap. 6. in princip.
* Ead. sess. 22. cap. 7.

4 Quarundam itaq; Missarum, & Candelarũ certum numerum, qui magis superstitionis cultum,

quam

quam religionem præfefert, omnino interdicimus, sicut etiam cuiusuis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro Missis nouis celebrandis dari solet, nec non importunas, atq; illiberales eleemosynarum exactiones, & huiusmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu non longè absunt, id enim expressis verbis Sacrum Concilium Tridentinum prohibet. * *d. sess. 22.

5 Nemo sit qui ante Auroram, aut post Meridiem celebrare præsumat, nisi iure permittatur. Vbi plures sunt Sacerdotes vicissim celebrent, itaut (mora aliqua interposita) Sacrum vltimũ circa Meridiem peragatur: At vbi in Aurora ad commodum operariorum, iterq; agentium celebrandi vrgeat consuetudo, eadem omninò seruetur: Secus tamen si vnus sit solum Sacerdos, tunc enim hora congrua, ne Populus tanto defraudetur Sacrificio, celebrari mandamus. *in priu. Decreto de obseruand. & euitan. in celeb. Miss.*

6 Sacerdotes exteri, alienæve Diœcesis absq; literis sui Ordinarij testimonialibus, à nobis primum recognitis, celebrare interdicuntur: Verum si ad nos, vel ad Vicarium nostrum difficilis fuerit recursus, eiusq; Parocho fuerint cogniti, habeantque suas literas commendatitiãs, illos admittere liceat.

7 Dum Sacrum, vel Concio peragitur, pauperes qui eleemosynas quæritare solent, ad Ecclesiæ Ianuã Clerici, alijve à Curatis eligendi, omnino arceant, eosq; moneant aliquantisper expectare populum: Sed nec Missas, Diuinaq; Officia celebrari volumus, dum Sacra habetur Concio, ne Audientium deuotio, ac pietas refrigescat.

8 In Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, nec non vbi plures sunt Sacerdotes in Altare maiori Missa Conuentualis quotidie decantetur, aut saltem legatur, nisi ex populi deuotione (aliqua occurrente Sanctorum solemnitate) alibi celebrari contigerit;

rit: Ad eleuationem verò Campana, more solito, pulsetur.

9 Hortamur insuper cunctos Clericos, ac Sacerdotes, vt nobis solemniter celebrantibus, aliave Pontificalia exercentibus tàm in Vesperis, quàm in Missis vnà cum nostris Canonicis, iuxta cuiusque munus sibi à cœremoniarum Magistro præscribendum, debitis cœremonijs, & ornatu assistant; atq; inseruiant. Sed & omnes de Magistratu, & Ciuitatis Proceres, dum hæc Sacra pertractantur benignè in Domino monemus, vt pariter intersint, Pastoralem Benedictionem, & Indulgentiam percepturi. Meminerint hinc Sacerdotes, vt Episcopo celebrante, aliasq; solemnes functiones Episcopales agente, à celebrando se abstineant, nec in eodem Altare ipso die vllus sit, qui Sacrum perficere audeat.

10 Sacerdotes omnes, diebus saltem Festis, & Dominicis celebrent, Parochi autem in ijsdē suo etiam muneri incumbant, Ritus, cœremonias, ac preces ad Missalis Romani præscriptū obseruent, Missamq; præuideant, quæ quidem cum Officio semper concordare debet si sit Conuentualis; cæteræ autem, quoad fieri potest. *

** Ad tex. in cap. cum creatura de celeb. Miss.*

11 Tabella Orationum, & precum, seu vt dicitur Carta Gloriæ, aliaq; requisita in quolibet Altari existant, sed & cuncta, vt decet, antequam Sacerdos ad Sacrum accedat, sint parata.

12 Vsus Anuli in Missa, Prothonotarijs, etiam non Participantibus, Doctoribus, atq; Canonicis Cathedralium à Sacra rituum Congregatione omnino prohibetur: Sicuti vsus Pileoli, seu Subireti etiam extra Canonem, absq; Summi Pontificis licentia. Caueant ergo transgressores, sub pœna Anuli, & Pileoli ammissionis, suspensionis etiam, alijsq; arbitrarijs.

13 Nullus deniq; sit, qui in Ecclesijs Monialium cele-

celebrare præsumat, quin prius nostram, earumve Cappellani licentiam obtinuerint: Suspensionis aliàs vinculo eò ipso nouerit se innodatum.

De Sacramento Ordinis. Cap. VIII.

1 CVM ex Sacrorum Ordinum collatione Character inuisibilis Animæ imprimatur, Sacra Mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur Animarum, vnde Sacrificium, & Sacerdotium, ita Dei Ordinatione coniuncta sunt, vt vtrumq, in omni lege extiterit: Operæ pretium duximus circa Ordinis Sacramentum nonnulla præmonere, vt quilibet saltem de Clero Diœcesis nostræ Sacramentum hoc venerabile ab eodem Christo Domino institutum, atq; Apostolis, eorumq; Successoribus traditum, ne dum (vt fas est) plurimi faciat, sed quæ seruanda, item quæ fuerint euitanda nouerit. *S. Cōc. Trid. sess. 23. c. 1. de Sacram. Ord. Ead. sess. cap. 1.*

2 Ordo itaq; vnum esse de septem Ecclesiæ Sacramentis perspicuum vtiq, est omnibus, vt docet Sacrum Concilium Tridentinum, ex testimonio Scripturæ, Apostolica traditione, & Patrum vnanimi consensu: Estq; signaculum per quod spiritualis potestas circa Eucharistiæ in Missæ Sacrificio tractationem ordinato confertur: Itaut licet septem gradibus Ordinis Sacramentum constet, quatuor videlicet minoribus, & reliquis maioribus, adhuc tamē ex his septem Ordinibus, & gradibus conficitur vnum, idemq; Ordinis Sacramentum, omnesq; tendunt ad Præsbyteratus dignitatē quasi per gradus, cuius tantùm est Sacram Eucharistiam conficere, Animarumq; Curam gerere. *Vbi sup c. 3. 1. Timot. 4. S. Cōc. Tri. ibid. c. 2. de. tēp. Ordin. c. de eo, et c. à multis de ęta. et qual. Ord. præfic.*

3 At prima tonsura præuia solùm est ad gradus Ordinum dispositio, seu potius introductio requisita in ordinando, nullū habens in Ecclesia proprium

Vt decernit Innoc. 3. in c.cũ contingat de ętat. et qual. Ordin.

Officium. Porrò per ẽam quisq; ex Laico fit Clericus, datur in Crucis formam, & in Coronæ figuram, iam ab Apostolorum temporibus, † ac tonsura dicitur quia in ea cœremonia crines ordinando tonduntur.

† Beda lib. 5. de gestis Anglorum.

4 Expresse hinc volumus neminem ad hanc Clericalem Militiã adscribi, qui ob humanos intuitus, seu etiam ob Iudicium seculare fraude euitandum, statum deserit Laicale, sed qui Diuino Cultui omnino addicatur, sitq; ætate, vita, bonisq; moribus instructus, sciat legere, scribere, Fideiq; Rudimenta, Sacrum Chrisma susceperit, de monitionibus in Ecclesia, inter Missarum solemnia, factis coram nobis pateat, exhibeatq; literas testimoniales, nec non Fidem authenticam se nullo vnquam crimine fuisse inquisitum. *

S. Cõc. Tri. sess. 23. c. 5 de reform.

* Vt Sacra Cõgregatio Cardin. in negotijs Iurisd. Regni Neap. Præpositorũ sub Greg. 15. viuæ vocis Oraculo, rigorosis pœnis, præcipit de mense Iulij 1623.

5 Caueant insuper omnes cum habitu, & tonsura incedere, quin prius fuerint prima tonsura saltèm initiati, sub pœna ammissionis habitus, & vigintiquinque ducatorum pijs locis arbitrio nostro applicañ., alijsve infligendis.

6 Clerici in minoribus constituti, nec non ipsi initiati, habitu è contra, ac tonsura semper incedant, sintq; alicuius Ecclesiæ seruitio adscripti, seu bonum habeant testimonium ab eorum Parocho, & Magistro scholæ in qua educantur, vt literis diligenter incumbant. *

* d. sess. 23. c. 6. de reformat.

† ibid. c. 9.

7 Sed & ad minores Ordines assumendi, tonsurati primum sint, linguam calleant Latinam, † de ipsorum vita, moribus, & Sacræ Communionis frequentia in solemnitatibus saltèm Domini Nostri, & Beatissimæ Virginis, vt supra annuimus, de temporum interstitijs, atq; de vniuscuiusq; ordinis exercitio testimoniales literas coram nobis exhibeant.

8 Qui verò ad singulos Maiores promoueri cupiunt, per mensem ante Ordinationem, vt præcipit

Sac. Conc. Trid. Ordinarium adeant, vt Parocho, vel cui magis expedire videbitur, inquisitionẽ committat de ipsorum desiderio, natalibus, ætate, moribus, & vita, eaq;, adhibitis testibus fide dignis, ad Curiam Episcopalem transmittatur. *ibid. cap. 7.*

9 Ne quis Clericus, licet alias moribus, scientia; & ætate idoneus, ad Sacros Ordines promoueatur; nisi prius legitimè beneficium Ecclesiasticum, sibi ad victum honestum sufficiens, pacificè possideat, vel Patrimonium valoris saltem ducatorum bis centum monetæ huius Regni, ab omni onere liberum, & exemptum, de quo per publica, & authentica documenta coram nobis plenè prius pateat. *S. Cõc. Trid. sess. 21. c. 2. de reform.*

10 Nisi quis, saltem per annum, in Ordine Subdiaconatus fuerit versatus, ad altiorem gradum, prȩter Ecclesiȩ vtilitatem, & necessitatem, ad Episcopi Iudicium, ascendere non permittitur, sic Sacro Concilio Trid. præcipiente: quisq; idcirco suas deferat literas patentales, doceatq; quomodo piè, & fideliter in ministerijs ante actis se gesserit. *d. sess. 23. c. 13. de reformat.*

11 Ad Præsbyteratus Ordinem promotus, nō nisi benè de cœremonijs, alijsq; ritibus ad Missarum celebrationem fuerit instructus, tantùm obire munus præsumat, quippequi à cœremoniarum Magistro, aliove à nobis deputando prius approbetur necessum est: At ad Sacerdotium ab alieno Episcopo (de sui tamen Ordinarij licentia) assumptus, infra mensem, antequam celebret, de ipso doceat omnino coram nobis, vel Vicario nostro generali, vt à secretis registretur.

12 Meminerint deniq; Sacerdotes omnes, tàm Seculares, quàm Regulares decreti Sac. Congregat. sub Sanctissimo D. N. Vrbano VIII. de celebratione Missarum, in quo expressè cauetur, quod vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis, plura stipendia, quantumcunque incongrua, &

exigua, siue ab vno, siue à pluribus personis fuerint collata, aut in futurum conferentur, tot Missę quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint celebrentur, alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciunt, grauiter peccant, & quibuscunq; contrarijs non obstantibus, ad restitutionem arctantur.

De Sacramento Matrimonij. Cap. IX.

1 LICET Matrimonium in statu etiam innocentiæ, vt est contractus naturalis, institutum fuerit à Deo per inspirationem, qua reuelauit primis nostris parentibus, vt inter ipsos, eorumq; posteros esset maritalis coniunctio, perpetuam vitæ consuetudinem retinens, quam vtiq; institutionem Adamus ipse promulgauit, dum dixit. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Voluit tamen Christus Dominus in statu etiam nocentis naturæ, in statu, inquam, peccati, in remedium concupiscentiæ, vti venerabilium Sacramentorum Institutor, atq; Perfector, ipsum in lege gratiæ instituere, vt naturalem illum amorem perficeret, indissolubilem vnitatem confirmaret, coniugesq; sanctificaret. Meritò hinc, inter septem nouæ Legis Sacramenta, Matrimonium annumeratur, veteribusq; connubijs, per Christum, gratia præstat.

Genes. 2. 3.

S. Cōc Trid. sess. 24. de Sacr. Matr. in princip.

2 Materia itaq; Sacramenti huius (exclusis cæteris opinionibus) ipsi externi actus sunt contrahentium, quibus interior consensus declaratur, ita vt actus per quos fit traditio vnius alteri, habeant rationem materiæ. Forma autem sunt actus, per quos fit acceptatio vnius ab alio, fit enim in hoc contractu mutua corporum traditio, & acceptatio, mutuusq; præstatur consensus, tàm per verba quàm per alia signa externa expressus: Sed & Ministri eius-

dem

dem Sacramenti, ipsi sunt contrahentes, siquidem ad eius valorem, ijdem soli contrahentes sufficiunt, quamuis S.Conc. Trid., iustis de causis, adhiberi voluerit ipsum Parochum, duosque, vel tres testes, vt paulo post dicemus, non quia Sacramenti formæ quicquam addatur, sed contractui, prout rectè distinguunt DD. *Ibid.c.1. de reformat.*

3 Magnũ igitur Sacramentũ hoc appellat Apost. Ego autem, inquit, dico in Christo, & in Ecclesia: Vnde in eadem celebrari præcipitur, non Domi, seu alibi, nisi de nostra, seu Vicarij nostri generalis licentia, ob aliquam iustam causam: Sponsi verò, licet non sint ad hoc munus peculialiter consecrati, vt Ministri à Christo Domino instituti, sed ab ipsa natura contractus, ipsum tamen, (vti suscipientes) in culpa læthali celebrando, mortaliter peccarent, Parochus idcircò diligenter curabit, vt Sacræ pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentis se præmuniãt, vel ad minus conterantur, debiteq; ad gratiam assequendam, quæ in Matrimonio confertur, disponantur. † *Ad Ephes 5.* † *S. Conc. Trid.c.1. de refor.matr. circa fin.*

4 Sed & trinę denuntiationes, ad formam S.Conc. Trid. * tribus continuis diebus festiuis, inter Missarum solemnia, præcedant necessum est, atq; si deinde nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonij, habito, & intellecto per Parochum mutuo Sponsorum consensu, in facie Ecclesiæ procedatur, dicatq; Ego vos in Matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen; Adhibitis, vt nuper diximus, duobus, vel tribus testibus, alioquin irritum, ac nullum omninò redditur Matrimonium, nec non tàm Parochus, quàm ipsi contrahentes graui vltione puniendos à nobis fore sciant. At si impedimentum aliquod legitimum detegatur, cum primum in Curia Episcopali denuntietur; & interim nobis incon- ** Ibid.* *S.Conc. vbi supra.*

 sultis,

fultis, vltra non procedatur: Scientes verò aliquod adesse inter Sponsos canonicum impedimentum, & non reuelantes, eò ipso excommunicationis nexu irretiantur.

5 Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiosè impediri posse, aliave iusta subsit causa, si tot præcesserint denuntiationes, ad nos contrahentes accedant, vel Parochus ipse, vt de licentia nostra in scriptis, (præuia tamen vnica saltem denunciatione) Matrimonium celebretur, postea, ante illius consumationem, reliquæ duæ in Ecclesia fiant. Elapsis verò duobus mensibus à die vltimæ denunciationis eędem repetantur, nisi nobis secus expedire videbitur. At denunciationes (si Parochiæ sint diuersæ) in Ecclesijs Parochialibus vtriusq; Sponsi fieri oportet: Si verò extra Regnum orti fuerint, vel sint exteri omninò ignoti, per literas S. Congregat. ex ore Sanctissimi D. N. Papæ Vrbani VIII. mens. Iulij 1630. expresè decernitur sub grauissimis pœnis, vt testimoniales literas, sui cuiusq; Ordinarij sigillo, & legalitate munitas, seu saltem per testes recognitas deferant, & exhibeant: Porrò testes, examinandi omnino sunt coram nobis, vel Vicario nostro tantum: Vagi autem, nisi per fides Ordinariorum suorum liberos se esse doceant, penitus reijciantur.

6 Ad Matrimonium ętas legitima est, vt vir saltem quatuordecim, mulier verò duodecim Annos expleuerit: Parochus ergo ante denunciationes, de illorum ætate se instruat, item qui & quales sint, qui contrahere volunt, vtrum spontè, & liberè, & secundum honestatem Sacramenti: Sed nec monitiones, (nisi habito prius ipsorum consensu) publicentur: Quinimmo, quæ inter Moniales degunt educandæ, (nobis inscijs, ac ni prius nostram in scriptis obtinuerint licentiam) nullatenus denuncientur.

7 Pro-

7 Proprius Parochus qui Matrimonio aſſiſtere debet, is eſt, in cuius Parochia celebratur, ſiuè viri, ſiuè mulieris : Nullus igitur hoc munus obeat, prꝑter Parochum, quin prius (ſi ſit Sacerdos ad cętera Sacramenta approbatus) noſtram licentiam, eiuſdéve Parochi habuerit, ad quem pariter Nuptiarum ſpectat benedictio, quæ quidem reiteranda non eſt, ſi ſemel alter coniugum eam acceperit. Sed Pater, Aue Maria, Fideiq; Rudimenta huiuſmodi contrahentes ſcire coguntur, alioquin omninò repellendi, iiſdéq; Sacramentalis Abſolutio deneganda, vt Animarum curam gerenti ſub pœna ſuſpenſionis, & ducatorum decem, pijs locis arbitrio noſtro applicañ., ſeriò præcipimus.

8 Nouerit inſuper ex probatis Auctoribus (quos præ manibus haud rarò habere Curatus quiſque debet) quæ ſint canonica impedimenta Matrimonij contrahendi, impedientia, inquam, ac dirimentia, quiq; ſint gradus conſanguinitatis, & affinitatis, nec non cognationis ſpiritualis ex Baptiſmi, vel Confirmationis Sacramento contractæ.

9 Ad ſecundas Nuptias nullus coniugum à Parocho admittatur, ſub prætextu quod alter illorum diem ſuum clauſerit extremum, quin prius plenè de obitu coram nobis pateat, aliàs excommunicationis innodandum vinculo ſe nouerit, alijsq; pœnis arbitrarijs mulctandum.

10 Sciat pariter, à Dominica prima Aduentus, vſq; ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum, vſq; ad Octauam Paſchæ incluſiuè, Nuptiarum ſolemnitates eſſe interdictas; veluti Nuptias benedicere, Sponſam ſolemniter traducere, ac Nuptialia celebrare conuiuia. Matrimonium verò quocunq; tempore contrahi poſſe, nemo ambigit.

11 Poſtremò Sponſi ante Matrimonij celebrationem ſimul cohabitare, ſed nec quouis modò, ad inconti-

continentiæ periculum euitandum, Domi, vel alibi, ſub pœna excommunicationis, cõuerſari præſumat. Curet itaq; Parochus, vt huic præcepto omnino pareant, ac de obſeruantia diligenter inquirat, noſq; certiores faciat.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.
Cap. X.

1 PIENTISSIMVS Chriſtus Dominus, quoniam vſq; ad vltimum vitæ ſpatium, vti bonus Paſtor, Oues ſuas, ne pereant, diligenter quærit, eaſq; de Leonum faucibus eripere, ac ad ouile ſuum curet reducere; præter cetera Sacramenta, ſalutis media efficaciſſima, Sacramẽtum hoc Extremæ Vnctionis inſtituere voluit, vt Animam in illo extremo vitæ conflictu muniat, & æqualiter ex opere operato ſanctificet: Grauiter hinc peccaret, qui Sacramentum hoc in culpa lethali, vel ſaltem non contritus, acciperet: (ponere namq; gratiæ obicẽ, mortale eſſe, nemo ambigit) Siquidem viuorum Sacramentum dicitur, ad quod quiſq; accedere tenetur in vita ſpirituali, attritus ſaltem, qui ſe putet eſſe contritum. Porrò datur in eo gratia ad corroborandas Animæ potentias contra debilitatem relictam ex peccato actuali, vel originali, ſiue remiſsio culpæ quoad reliquias, admouendamq; imbecillitatem, ex infirmitate ortam, erga Dœmonis præſtigias, & ſpectra in illo vltimo vitæ periodo ſummopere inſultantis: Salus item aliquando corporis præſtatur, ſecundum quod expedit principali fini, ideſt ſanationi ſpiritus, vt ex verbis D. Iac. colligitur, ita aſſerentis, & præcipientis. Infirmatur quis in vobis, inducat Præsbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum Oleo in nomine Domini, & Oratio fidei ſaluabit Infirmum, & al-

S.Cõc. Tri. ſeſs. 14. c. 1. De Extrema Vnct.

D. Iac. 5.

& alleuiabit cum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei.

2 Quamobrem Sac. Conc. Trid. docet Vnctionem hanc aptissimè Spiritus Sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentare: nam delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, ægrotiq; animam alleuiat, & corroborat, magnam in eo diuinę misericordię fiduciam excitando, itaut morbi incommoda, ac labores leuius ferat, tentationibus Dœmonis calcaneo insidiantis (præter corporis, interdum, sanitatem) facilius obstet, Animæq; salutem consequatur. *Vbi sup. c. 1 & 2.*

3 Est igitur à Christo Domino institutum, & à D. Iac. ad salutem Animæ, & corporis, vt nuper annuimus, promulgatum, quod sic definiri potest. Est Sacramentum, in quo Præsbyter vngit Oleo consecrato certas partes corporis Infirmi, probabiliter periclitantis, certa verba cum debita intentione proferendo. Materia est Oleum oliuarum per Episcopum consecratum, vnde (vt communiter DD. tenent) Olei consecratio, de necessitate est Sacramenti. Forma verò est Oratio illa deprecatiua. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam pijssimam misericordiam parcat, vel indulgeat tibi Deus quicquid oculorum vitio, vel per visum &c. deliquisti: Quamuis nonnulli affirment D. Amb. vsum fuisse forma per modum indicatiuum: Vnguntur autem partes Infirmi corporis, nempè oculi, aures, nares, os, manus, pedes, & renes, (si sit mas) pectus autem (si sit fœmina, propter honestatem) atq; in proferendo formam, mutandum est verbum partis, atq; loco oculorum, apponendum est aurium, narium, oris, manuum, pedum, renum, vel pectoris. *cap. 5. Tex. in c. 1. de sac. vnct. D. Thom. in addit. q. 23. & d. sess. 14 cap. 1.*

4 Debet insuper infirmis præberi, qui cũ ad vsum rationis peruenerint, tàm grauiter laborãt, vt mortis periculum imminere videatur, & js qui præ senio

deficiunt,

deficiunt, & in diem (etiam sine alia infirmitate) morituri videntur.

5 Infirmis item, qui dum sana mente, & integris sensibus essent, illud petierunt, seu verisimiliter petijssent, seu dederint contritionis signa, licet loquelam deinde amiserint, vel delirent, aut non sentiant: Sed si phrœnesi, aut amentia Infirmus laboret, nullatenus, nisi remoto penitus irreuerentiæ periculo, vngatur.

6 Impęnitentibus pariter, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur, excommunicatis, & non dum baptizatis, sicuti prælium inituris, aut nauigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, ijsve vltimo supplicio mox afficiendis, denegetur omninò.

7 Si quis autem laboret in extremis, & periculum vrgeat, ne decedat antequam finiantur vnctiones, citò vngatur, incipiendo ab eo loco. Per istam Sanctam Vnctionem &c. Deinde si adhuc superuiuat, dicantur Orationes omissæ: quod si dubitet Parochus, an adhuc viuat, prosequatur sub conditione, pronuntiando formam, Si viuis. Per istam Sanctam Vnctionem &c.

8 In eadem infirmitate aduertant Curati, ne hoc Sacramentum iteretur, nisi diuturna sit, vt cum Infirmus conualuerit, iterum in mortis periculum incidat, nec non omninò seruent, quæ in Rituali Romano, sub titulo de Sacramento Extremę Vnctionis, præscripta sunt: quæ enim paulo ante præmonuimus ferè ad literam in eodem Rituali patent, eademque, vt facilius adimpleantur, repetimus.

9 Sciant propterea Ministrum Sacramenti huius, esse Parochum proprium, seu Sacerdotem de ipsius licentia, ad cetera Sacramēta approbatum, vt alias diximus. At si alter Sacerdos absq; licentia vngeret, licet Sacramentum teneret, excommunicatio-

nis tamen vinculo eo ipſo eſſet innodatus, niſi abſente Parocho, eiuſve ſubſtituto, cuius volũtas præſumi poſſet in re tam graui, quicquid alij dicant. Clement. 1. de priuileg.

10 Sed & meminerit Parochus, quod Sacrũ Oleum annuatim feria quinta in Cœna Domini ab Epiſcopo benedictum, veteri combuſto, renouandum eſt: Vnde ſtato tempore Sacriſtam Eccleſiæ noſtræ Cathedralis adeat, vt de eo ſibi prouideat.

11 Habeat hinc vnuſquiſq; Sacrum Vas argenteũ, vel ſtamneum, in quo diligenter Sacrum Oleum cuſtodiatur, nec non bombacium, ne effundatur, aſſeruetur q; in loco nitido, & decenter ornato, qui claue ſit obſeratus: Ac ſi fortè infra Annum deficere videatur, nec aliud benedictũ haberi poſſit, modicum Oleum non benedictum in minori quantitate (vt cauet ipſum Rituale Romanum) ſupereffundatur: In quo pariter docetur quomodo Parochus, quo ad Ordinem miniſtrandi Sacramentum hoc extremæ Vnctionis, gerere ſe debeat, quem omninò ſeruari ſerio præcipimus: Etenim ſuperpelliceo, & Orario indutus, vno ſaltem Clerico conuocato, qui Crucem ſine haſta, aquam benedictam cum aſperſorio, ac librum Ritualem deferat, Vaſe Olei Sacri, in ſacculo ſerico violacei coloris incluſo, decenter accepto, ad infirmum (abſq; tamen ſonitu Campanulæ) procedat, & quanta poterit munditia, ac nitore illud adminiſtret, vt hortamur, admonemus, vel etiam præcipimus in Domino, cui laus ſit, honor, & gloria in ſæculorum ſæcula. Amen.

Et hæc ſunt, quæ de Sacramentis noſtra hæc Synodus profitetur, & docet, atq; Clericis omnibus tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, cæteriſq; ſubditis Diæceſis noſtræ credenda, tenenda, ac ſeruanda proponit, & præcipit.

TERTIA PARS.

De Sacrosanctis Ecclesijs, & Altaribus. Cap. Primum.

1 
CCLESIA Sancta hæc militaris, Triumphalem illam, quæ dicitur Pacis visio, æmulari, seu potius, vti assecla, imitari quodammodo nititur: Etenim cum adhuc in terra peregrinamur militantes, & cum hoste antiquissimo pugnantes, qui vndique perturbat, ac in nos terribiliter inuehit, Tabernacula, Aedes, inquam, Sacras; Templa, Ecclesiasq; in quibus tutissimum habeamus refugiũ erexit, quippe, quæ fideles omnes ad offerẽda Sacrificia, Diuinaque suscipienda Sacramenta; quibus eadem Ecclesia formatur, atq; decoratur, piè, ac benignè recipit, vt cum tempus pugnæ transierit, hostisq; noster ad æternas latumias fuerit detrusus, & pax illa venerit, quæ omnem superat intellectum, in Ecclesia cœlesti Hierusalem in Domino semper gloriemur, eodemq; perpetuò fruamur.

c. Hic ergo de Consecr. dist. 1. & Glos. in cap. vnico in No tab. circa fin. eod. tit.

2 Porrò si Iudæi, qui vmbræ Legis deseruiebant, Templa Summo Deo innumeris ædificabant expensis,

ſis, cortinis de biſſo ornata, Hyacinthis retorta, purpura, gemmis, tabulis, luminaribus, aromatibus, & ſimilibus, * multo magis nos, vt docent Sacri Canones, † quibus veritas patefacta eſt, & gratia per Ieſum Christum data eſt, Templa Domino ædificare, eaq; vaſis, veſtibus, & reliquis, ad Diuinum cultum explendum, vtenſilibus, exornare oportet: Pijſſimus hinc Pater (repetam) vt de Templo Sancto ſuo præces noſtras, laudes, ſacrificia, nec non ipſa Sacramenta exciperet, nobiſq; in neceſsitatibus, ac tribulationibus opportunum præſtaret auxilium; materiales Eccleſias, & Altaria erigi voluit: In ijs enim Orationes magis ſunt gratę, & in odorem ſuauitatis aſcendunt, ibiq; Diuina virtus ad gratiam libentius infundendam asſiſtit, atq; animus ad deuotionem magis excitatur.

* Exo. c. 25. 26. & 29. & in lib. 2. Paralep. c. 3. & 4.

† c. 2. ead. diſt. 1. de Conſecrat.

3 Hortamur itaq; omnes in Domino, vt Tabernacula hæc Sacroſancta frequentent, ſiquidem quiſquis ea aliquid petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætabitur.

4 Totius autem Diœceſis, Cathedrales noſtrę ſub titulo Sancti Pelini propè Pentimam, & altera ſub titulo Sancti Pamphili Ciuitatis Sulmoneñ. primatum obtinent Eccleſiarum, ſicuti ipſarum Canonici cunctos præcellunt Clericos, eiſq; propterea honorem, ac debitam reuerentiam, vt fas eſt, exhiberi præcipimus.

5 Verum quia Sacras Aedes fundare, ſeu Altaria erigere Epiſcoporum tantùm eſt, nemo ſit qui, nobis inconſultis, ea conſtruere, ſeu etiam deſtruere, ac de loco ad locum transferre audeat: * Nã ſi Clericus (non obtenta prius licentia) idem tentauerit, deponendus vtiq; eſſet. † Sed & ſine dote nullatenus ædificentur, quinimmo Conſtructor ipſe, eiuſve hæres ad dotem aſsignandam iure cogitur. * Caueat propterea Parochus de inobſeruantia, alioquin cer-

* c. nemo Eccleſiã ead. diſt. 1.

† nullus pſbyter è l. 2. ead. diſt.

* c. cũ sicut de Consecr. Ecclesi. vel Alt.
† c. Altaria citata d. st 1
* c. fūdamētā de elect. in 6.
* Archidiaconus per tex. in c. cũ non oportet de Consecr. dist. 1.

res nos cum primum faciat, ne in pœnam nobis arbitrariam, iure merito incidat.

6 Altare lapideum, † nō ligneum esse debet, exemplo antiqui illius nostri Patriarchæ Iacob, qui erexit lapidem in titulum, quasi summum angularem lapidem Christum Dominum prẽmonstrasset: * atq; supra sepulcra erigi neutiquam permittatur. *

7 Adsint in eo requisita omnia satis decẽtia, munda, nitida, ac benè adaptata, ita vt nil penitus sit, quod deuotionem non præseferat: Icona, videlicet, in qua Sanctorum sint Imagines, quibus dedicatum fuerit Altare, Crux, ad cuius pedem tabella secretarum ponatur, Candelabra saltem duo, Pallium coloris conuenientis, tres Mappæ, seu Tobaleẽ ab Episcopo, vel alio potestatem habente benedictæ, quarum superior oblonga saltem sit, quæ vsq; ad terram pertingat, nec non ad puluerem arcendam, altera cuiusuis coloris adhibeatur, amouenda tamen dum celebratur, & bradella eiusdem latitudinis, ac longitudinis, atq; ipsummet Altare.

8 Habitari, & quod deterius est profanum aliquid fieri supra Ecclesiam, omninò interdicimus: Circũquaq; nullum ius habeat seruitutis, itaut eiusdem fenestræ, vitro, telàve occludantur, ne, nisi lumen per eas tantùm excipiatur.

9 Pateat nihilominus, ianuis apertis, eius aditus, dum Diuina Officia, Missæ, Conciones, & huiusmodi Sacra persoluuntur, sicut etiam in nocte Natiuitatis Domini, & in Hebdomada Sancta, cæterisque diebus in quibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponi consueuit, tunc enim animus ad deuotionem magis excitatur, mensq; nostra, ac preces ad Deum facilius diriguntur: At nemo sit, qui per Ecclesiam deambulet, immodestis vocibus obstrepet, aut tumultibus orãtes quoquomodo perturbet, quinimmo piè, ac deuotè, vt decet, se in ea quisque

gerat:

gerat: Prophana idcircò colloquia, ludibria, scurrilia, conuiuia, publica consilia, seu vniuersitatum comitia, nundinas, mercaturas, & huiusmodi, omnino prohibemus, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, præter cominatas, & inflictas in Constitutionibus Greg. X. in Concil. Lugdunensi, & nouissimè fel. rec. Pij V. vt Domus Dei, verè Domus Orationis esse videatur. † *† S. Concil. Trid. sess. 22. de Obseru. & euitan. in Celebrat. Miss.*

10 Aduertendum etiam duximus ne quis, Sanctissimo Sacramento terga vertat, seculare obeat Iudicium, processus fabricet, reos inquirat, occisorum corpora, vt delictum fortè habeatur in genere, exhumet, ni prius nostram licentiam in scriptis obtinuerit, sub districta eiusdem Interdicti Ecclesiastici vltione.

11 In nostris Cathedralibus, Collegiatis etiam, nec non in Ecclesijs, vbi Sacerdotes plures existunt, vrgeatq; præcipuè consuetudo antiqua, Horæ canonicæ quotidie recitentur: In Altari maiori Missa Conuentualis decantetur, seu saltem vt supra mandauimus, legatur. Vnde tunc temporis Chorum nullus exeat, fabulando discurrat, Laicorum allocutionibus intersit, sed potius mente, ac deuoto cordis affectu, non corpore tantum assistat, aduertens se esse coram Deo, & Angelos habere socios, verba benè exprimat, & audiat, & quamuis virtualis attentio, qua in initio vacare Deo voluit, dũ per inaduertentiam aliquando distrahitur, sufficiat, actualis tamen, quoad fieri possit, habeatur: Exemplo item, conuersatione, sermone, ac scientia in Ecclesia prę cipue luceat, Laicos in Choro sedere, ac propè Altare, dum Sacrum peragitur, nullatenus permittat. *c. dolẽtes de celeb. Miss.*

12 Ecclesiarum verò Rectores decretum hoc seruari faciant omninò, alias ipsi ducatorum decem pœna, Laici verò Ecclesiastici interdicti per mẽsem mulctentur.

13 Sed

13 Sed nec Campanas die Sabbati Sancti maioris Hebdomadæ, ante quàm Campana Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ pulsauerit, seu etiam Parochialis in cæteris Diœcesanis terris, pulsari permittant, sub pœna ducatorum decem, contrafacientes verò pœnam ducatorum centum incurrunt, vt præter Summistas habetur in Conc. generali Lateranensi sub Leone X. fol. 217. in Bullar. & in Cōstitut. Pij V. incip. Et si mendicantium fol. 902. *a*

14 Si quę fuerint Ecclesiæ Rurales, in quibus pręcipue Sacrum perfici soleat, ab illorum Rectoribus, Beneficiarijs, seu ius aliquod habentibus, obseratę, vt decet, teneantur, at si in ijsdem nunquam celebretur, Altaria penitus demoliantur.

15 In priuatis Domibus nemo sit, qui, nobis inconsultis, Oratorium, seu Aediculam sacram erigere præsumat, *b* specialis namq; Summi Pontificis licentia requiritur, præter tamen casum aliquem necessitatis, in quo Episcopis non prohibetur, vt optime distinguit, & contrarias opiniones cōciliat Barbos. de Off. & potest. Episcoporum. *c*

16 Animaduertāt insuper cuncti Sacerdotes quod polluta Ecclesia tàm sanguinis, quam seminis, humani effusione (si vulnus sit in Ecclesia acceptum, licet extra illam sanguis effluxerit) *d* voluntariè tamen, & contra Cultum Sacro loco debitum facta, *e* Cęmiterium contiguum pariter est pollutum, & non è contra, ne minus dignum trahere ad se magis dignum videatur. *f* At sciendum est Ecclesiam sic pollutam, si fuerit consecrata, non nisi a proprio Episcopo, vel ab alio Antistite ex eius cōsensu, consuetis cœremonijs in Pontificali adnotatis, reconciliari posse, *g* secus si fuerit Ecclesia tantum benedicta, tunc enim per simplicem Sacerdotem reconciliari permittitur. *h*

17 Qui verò in Ecclesia publicè polluta ante re-

con-

a *& pręcipitur in Cœremoniali Episcoporū lib. 1. cap. 27.*
b *d. c. 2. de Consf. dist.* 1 *circa finem, et infra ead. c. vnicuiq;.*
c *Allegat. 23. p. 2. n. 7 & seq. vbi* S. *Cōc. Trid. in d. sess. 22 de obseru. et euit. in celebra.* Miss. *affert.*
d *Ad* Glos. *in c. vnico de* Cōs. Ecclesf. *in 6.*
e *c. proposui sti eod. tit.*
f *d. c. vnico de* Consecr. *in 6.*
g *c. aquā de* Cōsec. Eccl. *vel Alt.*
h Glos. *in c. fin. eod. tit. in verbo, lauetur.*

conciliationem celebrare auferit, lethalem culpam non euitabit, *a* Irregularis tamen haud reputabitur; siquidem huiusmodi violatio, quicquid alij dicant, Censura propriè non sit. *b*

18 Aduertant etiam Curati ne in Ecclesia Excommunicatus, Paganus, vel is qui non est baptizatus, & huiusmodi sepeliantur, dubio enim procul pollueretur; *c* Ex communi tamen DD. sententia pro polluta, ex eo solum tempore habetur, quo causæ pollutionis notoriæ esse cœperunt: Nisi enim fuerit publica, & notoria apud multos, polluta censeri nequit. *d*

19 Decernitur præterea canonicam portionem deberi Episcopo ex omnibus bonis, quæ cæteris Ecclesijs, tàm Secularium, quàm Regularium relinquuntur, & obueniunt, *e* quartam etiam funeralium Parochiali Ecclesiæ ex his bonis, quæ Parochiani legant, siuè relinquunt, vel offerunt ratione funeris, cum quis alicubi extra Parochiam sepulturam eligit, integro iure, vt moris est, *f* persolui debere.

20 Sicut etiam Cathedraticum ipsum Episcopis, in honorem eiusdem Cathedræ, à qualibet nostræ Diœcesis Ecclesia, iuxta antiquam consuetudinem, locorum etiam, ac terrarum taxationem singulis annis iure debitum persoluendum vtiq; est. *g*

21 Ad memoriam similiter reuocent, Capitulum Ecclesiæ nostræ Cathedralis, ad hæreditatem decedentium ab intestato, nullo superstite hærede, seu legitimo successore ab immemorabili consuetudine vocari, quorum tamē hæreditas nōn ad vniuscuiusque, sed ad totius Capituli vtilitatem conuerti tantùm debet.

22 Caueat demum quilibet, cuiuscunq; dignitatis, etiam Imperialis existat, ne bona, seu iura Ecclesiastica, quouis nomine censeantur, sub aliqua arte, seu prætextu occupet, vel vsurpet, incidet alioquin

a Nauar. c. 25. sum. n. 83. et ceteri Summistæ.
b Hostiēs. et Panorm. in c. si Eccles. de Consecr. Eccl. et Lapus in c. is, qui de sent. excomm.
c c. cōsuluisti eo. tit. de Cōs. can. Eccles. è l. 2. et Glos. in verbo, & rasis, dist. 1.
d Tolet. lib. 1. Sum. c. 8. n. 7. & 8.
e S. Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 13.
f Et docet Azor. Inst. moral. p. 2. lib. 9. c. 12.
g Ric. in sua aurea praxi For. Eccles. sub eod. tit. Quartæ Episcopalis per

tot. resolut. mihi 335. et sequen.

quin in pœnas satis rigorosas à Sac. Conc. Trid. & in Bulla Cœnæ Domini cominatas, & inflictas, quorum decreta idcircò, vulgari idiomate, inter Missarum solemnia per Rectores Ecclesiarum, ad maiorem populi concursum, in prima Dominica Aduentus, & Quadragesimæ distinctè legi, & publicari mandamus, vt infra.

Decreto del Sacro Concilio di Trento alla Sess. 22.
C. p. XI.

23 SE l'auaritia radice di tutti i mali, ingombrarà in tal guisa l'animo di qualche Chierico, ò Secolare di che stato, grado, conditione, e dignità si sia, etiamdio Regia, ò Imperiale, che presuma per se, ò per altri, siansi Laici, ò Chierici, con violenza, ò con timore, sotto qualsiuogli industria, ò quesito colore, di conuertire in propria vtilità, ò di vsurparsi giurisdittioni, beni, dritti, censi, & ragioni, anche feudali, & enfiteotiche, frutti, emolumenti, ò simili altri beni auuentitij, quali impiegar si deuono in aiuto de poueri, & in solleuare le necessità de Ministri di qualche Chiesa, ò beneficio, tanto de Chierici Secolari, come Regolari, ò di Monte di pietà, & altri luoghi pij, ouero impedirà che non si riscuotino da quelli, a' quali de iure spettano, sogiaccia questo tale alla Scommunica maggiore, finche habbia intieramente restituito l'vsurpato alle medesme Chiese, ò Amministratori, e beneficiati d'esse. (quantunque anche sotto titolo di donatione in faccia d'altri, da lui sustituiti, se l'hauesse occupato, e di più impetratone dal Sommo Pontefice l'assolutione) E se per sorte questo stesso vsurpatore fosse Procuratore, ò Patrono della medesma Chiesa, venghi subito, oltre le sudette pene, priuato etiamdio del iuspatronato: Et il Chierico,

che fosse autore, ò consentiente di tal iniquo inganno, & brutta vsurpatione, soggiaccia altresì egli alle medesme pene, resti priuo di qualsiuoglia beneficio, inhabile à poterne ottenere altri, & sospeso, in arbitrio del suo Ordinario, dall'esecutione degli Ordini, à quali fù promosso, se bene hauesse intieramente, come sopra, sodisfatto, & ottenutone l'assolutione.

Capitolo decimosettimo della Bolla in Cæna Domini.

24 SCOMMVNICHIAMO ancora, & malediciamo quelli, che in tutto, ò in parte si vsurpano le giurisdittioni, ò frutti, rendite, & prouenti in qualunque modo spettanti à persone Ecclesiastiche, ouero che per qualsiuoglia occasione, ò causa, senza espressa licenza del Sommo Pontefice sequestrono, & impongono Taglie, Decime, Collette, Prestanze, & altri pesi, à Chierici, Prelati, à persone Ecclesiastiche, ò à i loro beni, ò delle Chiese, Monasterij, & altri beneficij, ò frutti, rendite, & prouenti di quelli, e con diuerse maniere, & pretesti li riscuotono, ò l'accettano da chi li dà, & concede, anche spontaneamente.

De Canonicis. Cap. II.

QVANTAE sit venustatis, & pulchritudinis, immo & perfectionis in Ecclesia Dei officiorum status, & graduum differentia, facilè ex se dignosci potest: Ordo namq; modum tribuit, & decorem, & perpetuitatem, † vnde ait D. Greg. * sicut varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat, ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, &

† D. Bernar. super Cant.

* vt habetur in c. singula dist. 89

venustatem sanctæ Dei manifestat Ecclesiæ. Exigit ergò, vt in ea multiplex sit graduum, ac ordinum varietas, superioritatis, inquam, & inferioritatis, quæ in statibus, & officijs reperitur, siquidem alij alijs excellentiores, & nobiliores in illis deputantur, de quibus in Psalmo, secundum aliam expositionem, habetur: Deus in gradibus eius cognoscetur; quia eiusdem gloria per illius incrementa declaratur: *a* Hinc euidenter deducitur, quantum Sacrosancta hęc militans Ecclesia, Triumphantem illā imitari contendat; nam, vt probat B. Dionisius, *b* sicut cœlestes illæ Hierarchiæ ante Thronum Dei perpetuo assistentes, distinctos habent ordines, sic Ecclesia nostra venerabilis, fidelium, nempe, congregatio; vti Regina à dextris Domini adstat in vestitu deaurata, circundata varietate. *c* Verum quia in ea nonnulli ad Clericatum assumuntur, ad famulatum, inquam, Domini, qui, à cœtu Laicorum segregati, nil aliud curare debent, nisi vt eidem semper vacent, eiusque obsequio, & seruituti, quæ potius filiorum dicitur libertas, addicantur, *d* & cōsequēter diuinis officijs (à quibus distrahi nefas est) sint solū intenti, *e* nulli dubium, quin Canonici Cathedralium ceteros præstent Clericos nostræ Diœcesis, habeātq; digniorem, nobiliorem, atq; præstantiorem gradum; Illis idcircò debitum à cuncto Clero, vt decet, honorem exhiberi volumus, quippe qui semper in Choro ad seruiendum Deo viuenti in Hymnis, & Canticis assistunt, eaq; est eorum dignitas, vt meritò SS. PP. *f* Ecclesiæ Senatum eos appellet, *g* & fratres Episcoporum, sicuti Cardinales Papæ, *h* ita vt Capitulum cum Episcopo vnum faciant corpus; *i* Quapropter ceteris rectè viuendi normam præbeant oportet, Canonici enim à Canon, grecè, regula, dicuntur, quoniam cunctis regula esse debent, quæ rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit, *k* quemadmodum

a D. Greg. *super Ezec.* & *Grat. de pœnit. dist.* 2 *§. hac quæ.*
b *c.* 7. *cœlestis Hierarchiæ.*
c D. *Thom.* 22. *q.* 183.
d *c. Clericos post princ. dist.* 21. *c. penult. dist.* 54. & *c. secundū Apostolum de præben.* & *dignit.*
e *c. innoua* 16. *q.* 7. *Clem.* 1. *de honest. Cleric.*
f S. *Concil. Tri. sess.* 24 *c.* 12. *de reformat. circa fin.*
g *c.* 2. *de off. leg. in* 6.
h *c. de his, quæ fiunt à Præl.*
i *c.* 1. & 2. *dist.* 3.

ita se habere, quantum possumus, in Domino illos hortamur.

2 Duabus itaq; Cathedralibus sub titulo SS. Pelini, & Pamphili decoramur, quibus distinctus Canonicorum numerus quotidie inseruit: at cum à quingentis annis circiter orta fuerit inter eos cõtentio, quis illorum videretur esse maior, eaq; maximis ipsorum dispendijs, & quod magis vrgebat, summis etiam animi perturbationibus in longum protraheretur: Placuit pijssimo Domino mentem nostram (inuigilem vtiq; ad hanc sedandam cõtrouersiam) sic dirigere, orationibus, sacrificijs, ac etiam præuijs votis, vt tandem pax, mutuusq; amor, insepàrabilis quidem, euenerit: Quare ne deinceps inimicus homo in eorum animis, summopere pacatis, zizaniam seminare pertentet, quæ sequuntur decernenda duximus.

3 Qualibet Cathedralium suo iure cathedratico gaudeat, æquales in omnibus, ac si vna tantùm esset, ceterasq; Ecclesias prestare dignoscantur: Suas, vnaquæq; terras, oppida, distinctaq; Diœcesis loca, vt hactenus, sibi retineat: Canonicorum autem, quo ad præcedentiam in Choro, Capitulo, voce, loco, sessione, Processionibus, alijsq; functionibus, is maior habeatur, ac præcellat, qui prius fuerit ad Canonicatum assumptus, nullo penitus habito respectu Cathedralium, ac si vnica, vt diximus, tantùm esset, cui ipsorum quilibet inseruire præcisè teneretur, vt in Breui Sanctissimi D.N. Vrbani Papæ VIII. desuper obtento, vnanimiq; cõsensu accepto, plenius patet.

4 Vnusquisq; igitur proprium locum, & stallum retineat in Choro, ac Superpelliceo, Almutia, ac Bireto indutus, Horis Canonicis, & Missæ Conuentuali, alijsq; Diuinis Laudibus quotidie intersit. Hebdomadarius, cuius erit Diuinum Officium inchoare, regere, ac terminare, Missamq; Conuentualem

decantare, per turnum; vt moris est, constituatur; ita vt à primo vsq; ad nouissimum, suum quisq; onus deferat: In solemnioribus autem Festis, ad Decanum, vel primum Canonicum, id, de iure munus spectare declaramus.

5 Omnes per se, & non per substitutos Diuina explere compellantur, vt expresse præcipit Sac. Conc. Trid., omnes, inquam, in Choro ad psallendum instituto, Hymnis, & Canticis, Dei nomen reuerenter, distinctè, deuotèq; laudādum intersint oportet: preces namq; horarias decantare, sacraq; in Ecclesia facere, proprium Canonicorum munus, & officium est: Non sint itaq; otiosi, desides, muti, aut inter se loquaces, in alijs non se implicent, non literas, nec libros legant, pileos, chirotecas non teneant, vt in omnibus modestos, ac honestos præseferant: Sed & Officium recitantes, ab alijs ne discrepent, nec si partem aliquam omiserint; submissa tūc voce illam suppleant, quàm attentius extra Chorum, ac deuotius explere poterunt: Alioquin nōn satisfaciunt, & punctari debent, siquidem alternatim vnà cum alijs totum Officium recitare tenentur.

d. sess. 24. c. 12. circ. fin.

c. dolētes de celeb. Miss.

Facit Clement. 1. de celeb. Miss.

6 Meminerint insuper, quod non interessentes, distributiones quotidianas, tàm ordinarias, quàm extraordinarias, & quæ ex funeralibus obueniunt, nequaquam lucrantur; sed ceteris adstantibus augentur, ni fortè ob Ecclesiæ vtilitatem, ob infirmitatis causam, aut de Episcopi etiam licentia legitimè excusentur, sicut cum quis Sacramenta administraret, vel iuxta onus sibi iniunctum, Sacrum perageret, indulgentiarum præsertim tempore, populiq; concursus, secus si ex propria tantùm, aliorumve deuotione, seu etiam requisitus, Chorum deseruerit.

7 Sacrista idcircò, vel Punctator, quos, dum Diuina persoluuntur, absq; Superpelliceo, Bireto, & Almutia in Choro conuenerit, sedulò adnotet, ac pro

non intereſſentibus deſcribat, ni forte legitimam, ac rationabilem cauſam afferant. Ijſq; exceptis menſibus, quibus vehementi frigore arceantur, à die, nempè, prima Decembris, vſq; ad menſem Martij excluſiuè, nec non æſtiuis vacantiæ menſibus, à prima die Iunij per totum Octobrem.

8 Ad publicas & ſolemnes Proceſsiones, ad ſeſsiones etiam capitulares, ſic pariter incedant, ſub pęna, pro qualibet vice, & pro ſingulis punctorum vigintiquinque.

9 Quoad Officium, Miſſarum celebrationem, Eccleſiæ ſeruitium, ipſiuſq; conſuetas, & antiquas reformationes capitulariter factas, inuiolabiliter ſeruẽt, quæ viſitando decreuimus. Penultimus verò, & nouiſſimus Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono, in Miſsis ſolemnibus, vt moris eſt, ſemper deſeruiant.

10 Miſſæ quæ ex legatis, alijſq; pijs relictis, & quę in dies ex deuotione peragũtur, æqualiter inter Canonicos diſtribuantur, quotidie etiã ad populi concurſum, iuxta cuiuſlibet onus, vltra Conuentualem, celebretur, vt Eccleſiæ ſeruitium laudabiliter perficiatur.

11 Capitulum pro qualibet prima menſis Dominica, præcedenti die conuocetur, cunctiſque, ſeu duabus, ſaltem, partibus in vnum coactis, quæ agenda fuerint, in medium adducantur, & vnuſquiſque ius habens ferendi ſuffragium, ſuum votum ſubſcribat. Determinatą autem à maiori parte Capituli, in libro ad id benè compacto, à ſecretis deſcribantur: At ſi ex votis, hinc inde, paribus, nil concludi valeat, ad Epiſcopum res deuoluatur, qui ſaniori parti ſeſe accommodans, quod magis expedire videbitur, diſponet.

12 Præcipimus de cetero, vt annuatim ſoliti Officiales, ex Capitulo conſtituantur: Electiones verò,

rò, cęteraq; negotia, vt adhuc fieri assueuit, à maiori, & saniori parte Capituli fiant, ac determinentur.

a *c. Omnis vtriusq; sexus de pęn. & remiss.* Sot. *in 4 dis.* 18. *q.* 4. *ar.* 2

De Curatis, & Beneficiatis. Cap. III.

1 PAROCHORVM munus adeò in Ecclesia Dei, commendatur, quod Iure Diuino proprij dicuntur Sacerdotes, *a* & Pastores, *b* ijs enim animarum cura præcipuè commissa est, vnde & Coadiutores appellantur Episcoporum, qui Parochi Parochorum sunt, *c* quorum status immediatè à Christo Domino institutus, esse dicitur. *d* Porrò sicut Episcopi Apostolis, ita Curati septuaginta duobus discipulis succedunt: Eligendi itaq; sunt, qui scientia, moribus, & ætate Concilij congruant institutis, *e*, siquidem eis sunt Oues traditæ, de quarum salute ex manu rapacis Lupi confiditur eximendas, eorumq; integritas salus est subditorum, de quibus Propheta loquitur *f* Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Verum enim verò si quis fortè (quod Deus auertat) ipsorum incuria, & socordia periret, arctissimam in die nouissimo rationem esset redditurus, *g* eiusq; sanguis de ipsorum manibus requiretur: *h* Etenim ne dum pro rebus quas comisserunt, sed etiam pro ijs, quas omiserunt, Diuinæ vindictæ Iudicio ineuitabiliter subijcientur. Sub tanta igitur sarcina, Angelicis quippe humeris formidanda, *i* feriari caueant, aduertentes ineffabilē Christi Iesu in suas Animas, & Apostolorum, ac Discipulorum, quibus substituuntur, sollicitudinem. Grauis quippe est iactura vnius animæ, cuius prętio totus mundus comparari nequit, *k* maiusq; damnum in eius amissione, quàm mille corporum: *l* hinc est quod Parochus dare differens ægrotis Sacramenta, lethali

b Petr. de Sot. de Instit. Sacerd.
c *notāt* DD. *in c. cum nō liceat, de præscript.*
d Turrecremat. *lib.* 2. *Sū. de Eccl. c.* 59. *et seq.*
e *Alex. iij.* Sum. Pont. *in c. eam te de ætat. & qualit. ord.*
f Malac. 2.
g *ad* Hebr. *c.* 13. *c. oēs qui* 3. *q.* 5.
h Ezech. *h.* 33.
i S. Concil. Trid. *sess.* 5. *de refor. c.* 1
k *Sūi* D. *Bernard. &* D. *August.*
l *Nauar. in Manual. c.*

lethali culpa arguitur, si ægrotum sine ijs damnari probabiliter timeretur. *m*

2 Decernimus itaq; in primis, præter ea, quæ supra sparsim attigimus, quod Parochus singulis diebus Dominicis, alijsq; Festis de præcepto, dum Populus Missam audire tenetur, in proprijs Ecclesijs celebret, nec non pro populo sibi commisso sacrificium offerat, *n* & præsertim dum decimarum redditus vberes fuerint, vt rectè Toletus explicat. *o* Nam, vt ait Apostolus, *p* Omnis Pontifex assumitur, vt offerat dona, & Sacrificia pro peccatis &c., ad hoc enim datur beneficium, vt illud accipiens constituatur Precator, & Intercessor inter Deum, & peccatorem. *q*

3 Sed, & quoad fieri potest, in domibus suarum Ecclesiarum, seu saltem contiguis, inhabitare debent, vt Diuina celebrantes præstò sint omnibus in administrandis Sacramentis, tenentur enim ad residentiam de Iure Diuino, *r* sub arctissimis pœnis: Vnde Sacramentali Pœnitentia, Viatico, & Extrema Vnctione adhibitis, morientes adiuuent, eorumque animas, consuetis Psalmis, & Precibus, Deo commendent, ad præscriptum in Rituali Romano: *s* Quod si ipsorum culpa, seu etiam crassa negligentia (quod absit) absque Sacramentis, & animæ commendatione, hac vita quis migraret, pecuniarijs pœnis, & carceris, præter Summi Dei terribile iudicium, ad arbitrium nostrum subiacebunt.

4 Poterunt nihilominus relicto substituto idoneo, per Episcopum approbato, aliquando per triduum, non vltra, nisi de eiusdem Episcopi licentia in scriptis, abesse, literisve habitis dimissorialibus, causa prius cognita, & Sac. Conc. Trid. seruata forma, *t* sub pœna, & pœnis ibi contentis, suspensionis, inquã, fructuum amissionis, ac etiam priuationis.

5 Quoad exteros Sacerdotes, celebrare cupientes, memi-

25. *n*. 151. *vers*. 19. & 20.
m *Suarez tom*. 4. *disp*. 44. *sect*. 2.
n S. *Conc*. *Tri*. *sess*. 23. *c*. 1. *de refor*. *in princip*. & *Suarez sect*. 1. *nu*. 1. *in fin*. & cõ*munior uidetur sẽtẽtia*.
o *Institut*. *lib*. 5. *c*. 5. *num*. 6.
p *ad Heb*. 7
q *c*. *ipsi Sacerdotes* 91. 1. *q*. 1.
r S. *Conc*. *Trid*. *d*. *sess*. 23. *c*. 1. §. *si quis autẽ*, *et sess*. 6. *de reformat*. *c*. 1. *et sq*; *Bullæ Pij* 4. *fel*. *re*. *super residẽtia*, *c*. 2. & *c*. *cõquerente*, & *ferè per tot*. *ti*. *de Cle*. *non resid*.

meminerint, ac inuiolabiliter seruent, quod decreuimus sub titulo de celebrandis Missis. *u*

6 Animarum status quotãnis, saltem in Quadragesimæ initio, distinctè fiat, ac registretur. Baptizatos pariter Confirmatos, Coniugatos, ac Defunctos in libris benè compactis, iuxta formulam Ritualis Romani *x* ad literam, eodemque die, adnotent. Post Octauam verò Paschatis Resurrectionis Domini, de ijs qui non fuerint confessi, nec Sacrum Christi Corpus acceperint, nos moneant, eorumq; nomina, & cognomina referant.

7 Concubinarios verò notorios si qui fuerint, salutaribus verbis redarguant, vt resipiscant, peruicaces autem, vel etiam recidiuos denuntient, vt iuris, & facti remedijs scelus hoc adeò execrabile, & perniciosum, quantum in Domino poterimus, euellamus: Et interim, nobis inconsultis, tales, etiam confessos, ad Sacram Eucharistiã nullatenus admittant.

8 Exteros Matrimonio ne coniungant, nisi prius adhibita diligentia, inquirant, qui sint illi, vnde venerint, & rem totam ad Episcopum deferant.

9 Peregrinorum ad Parochiam venientium, vt in ea habitent, fidem, religionem, vitam, & mores scire curent, vt videant, nũ Sacramenta suscipiant, rem Diuinam audiant, diesq; Festos obseruent.

10 In qualibet Dominica, dies ipsos Ieiuniorum, Vigiliarum, Quattuor Temporum, Quadragesimæ, Aduentus, & Festorum sequentium in Hæbdomada populo indicent. *y*

11 Rituale Romanum, Missales, Libros de statu animarum, Confirmatorum Coniugatorum, ac Defunctorum, Sacrum Concilium Tridentinum, Biblia, Instructionem Sacerdotalem Toleti, Manuale Nauarri, Cathechismum Romanum, & aliquas breues Summas selectiores, quæ tractent de Casibus Conscientiæ, nec non Constitutiones nostras Synodales

t *De visit. & cura infirmorũ sub titulo, modus iuuandi morientes.* *t cit. sess. 23. c. 1. de reformat.*

u p. 2. c. 7. §. 6. de celebr. Miss.

x fol. 339. & seq.

y S. Conc. Tri sess. 25. de delect. cib. Ieiun. et dieb. Fest.

dales domi retineant, sæpeq; præ manibus habeant, ne ignorantia redarguantur, iuxta illud Prophetæ z z Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris. Oſe. 4.

12 Sacras cineres palmarum, ac oliuarum ramos, & cādelas benedictas quiſq; Parochus in Parochiali Eccleſiā populo, vt moris eſt, piè, ac deuotè diſtribuat.

13 Ad Sacra Olea recipienda, quæ ſingulis annis feria quinta Hebdomadæ Sanctæ conſecrantur, certum mittant nuntium Sacerdotem, ſacriſve initiatum, vel ſaltem, ex illorum defectu, in minoribus, conſtitutum, bonæ vitæ, & morum, cum ſuis Vaſculis ſatis mundis, in capſula lignea, benè obſerata, reconditis,. Aquam verò Baptiſmalem in Sabbato Sancto, & Pentecoſtes, cōſuetis ceremonijs, ijſdemq; Oleis Sacris adhibitis, renouari oportet.

14 Volumus præterea, vt inter Miſſarū ſolemnia, edicta pro generali noſtra viſitatione ſtato tempore Curatus quiſq; denuntiet, noſq; ſedulò de ijs omnibus, quæ vtilia, quæq; ad populi ſalutem neceſſaria nouerit, præmoneat; Sicut etiam Decreta huius noſtræ Synodus, quæ populi vtilitatem ſolum reſpiciunt, vt ignorantiæ cauſa excludatur,.

15 Sciant inſuper cuncti, quod beneficiorum quorumcunq; reſignationes, ceſſiones, ac permutationes, intra ſex menſes, à die ſibi factæ prouiſionis, in Cathedrali, & in Beneficij Eccleſia, vel Eccleſijs, ſi in pluribus illud ſit, dum frequens populus ad Miſſarum ſolemnia conuenerit, publicari, & palàm omnibus literæ Apoſtolicæ, eārumve tranſumptum authenticum exhiberi, atq; Valuis Eccleſiarum affigi debere, ſeruata in omnibus forma Cōſtitutionis Greg. XIII., quæ incipit, Humano vix iudicio, &c. quæ hodie, quoad modum publicandi, attenditur, alioquin, ſex illis menſibus elapſis, nulla erit eius

X prouiſio,

prouisio, & beneficium vacare censebitur eo ipso, alijsquè pœnis, ibi cominatis, quisque subiacebit transgressor.

16 Nemo sit qui absq; nostra, vel Vicarij Generalis licentia in scriptis, concionari, seu etiam quæstuare in sua quaq; Ecclesia permittat. Peregrini autem, exterive pauperes, per diem tantùm vnum, eleemosynam quærere, haud interdicantur, sine tamen sono, vel cantu; sed nec Imagines secum deferant deosculandas, aut concionari præsumant.

17 Nullus item sit, qui Monitoria quæcunque, citationes, præcepta, vel etiam Indulgentias, à Sanctissimo D. emanatas, quin prius coram nobis, vel Vicario nostro Generali exhibita, ac pro non subretitijs, seu obretitijs fuerint approbata; auserit in Ecclesia publicare, sicut nec quamlibet commissionem, aut iurisdictionem Ecclesiasticam quoquomodo, nobis inscijs, exerceri permittat.

18 Beneficiarijs quibuscũque, & Ecclesiarum, Monasteriorum Monialium, Confraternitatum, aliorumq; piorum locorum, procuratoribus, administratoribus, seu etiam exactoribus expressè præcipimus, vt bonorum omnium, tàm mobilium, quàm immobilium, censuum, rerum, iurium, fructuum, ac redditiuum quoq; modo ad beneficia, & præfata pia loca spectantium, intra bimestre, post præsentium promulgationem, inuentarium conficiant, integrè, ac distinctè, fines ipsos, cunctaq; in numero, pondere, & mensura adnotent, ac realiter describant, cuius copia authentica in Curia nostra Episcopali exhibeant deinde, vt in actis redigatur; Originale autem sibi retineant, sub pęna ducatorum decem contra trasgressores, & elapso termino, Interdicti etiam Ecclesiastici.

19 Canonici, Curati, & Beneficiarij quicunque, pacificam Beneficiorum possessionem habentes, Diuinum

vnum Officium persoluere tenentur, *a* Beneficium namq; propter Officium datur, *b* nec non sacris initiati sub titulo Patrimonij, ratione solius accepti ordinis, *c* etiam si fuerint Excommunicati, Suspensi, Interdicti, Depositi, & Degradati ab Ordinibus, *d* (Porrò honoribus, non oneribus, priuantur) neq; in hoc crimen suum illis patrocinari debet. *e*

20 Qui verò Pensionem habent ex aliquo Beneficio Ecclesiastico, ad pensum Diuini Officij non coguntur, sed iuxta Pij V. Constitutionem *f* à Sacris Theologis communiter receptam, ad paruum tantùm, quod vocant, Sacrum Beatæ Mariæ Virginis Officium, post menses sex, à die prouisionis, sub pœna lethali culpæ, & fructuum perceptorum restitutionis.

21 Hortamur hinc omnes in Domino, Clericos etiã quoscunque, vt Diuinis Horis persolutis, etiam si absque vllo onere eas recitauerint, Psalmum De profundis, cum Oratione Fidelium Deus, &c., pro Defunctis omnibus piè, ac deuotè proferant: Volentes insuper, quod Curati, seu Ecclesiarum Rectores, pulsata de serò Aue Maria, aliquot maioris Campanæ ictibus signum faciant, iam multis ab hinc annis introductum, quo Christifideles pro Defunctorum Animabus, ad Deum deuotas præces effundere moneantur: Opus vtiq; non minus pium, quam satis meritorium, *g* memores Patriarchæ Tobiæ Viri Sanctissimi: *h* Vnde Sacrum Cõciliũ Tridentinum, *i* licet in diuersis terminis, Defunctorum suffragia satis commendat: Dupliciter enim adiuuari possunt *k* Primò per viam gratiæ, per intercessionem nempe, publicam Sanctæ Matris Ecclesiæ, in collatione Sacramenti Altaris, & per intercessionem priuatam, per orationem, inquam, iustorum: Secundò per viam iustitiæ, per modum, scilicet, redemptionis pœnæ, cum eleemosynis, & per modum solutio-

a dist. 42. can. fin. & Glos in cap. vlt. q. 92.

b c. quia per ambitiosam de rescriptis in 6.

c c. dolētes de celebrat. Missar.

d Panorm. in d. c. dolentes.

e DD. in c. presbyt. 28. dist. & Nauarr. c. 7. n. 17. sup Sũm.

f cuius initiũ est, Expositio Lateranẽ. Cõc. quã Nauar. habet in suo Manuali c. 25. n. 122. relatus in Sum. Azor. lib. 10. c. 4. litera A. p. 1.

g facit text. in c. cũ gratia 13. q. 2.

h Tob. cap. 1. & 2.

nis pœnæ, in afflictione ieiuniorum, disciplinarum, & eiusmodi: Ea enim mensura, qua mensi fueritis, ait Dominus, remetietur vobis.

22 Sciant pariter Beneficiarij, Rectores, Priores, Ecclesiarum, Hospitalium, aliorumque piorum locorum Administratores, summo, arctissimoq; iure prohiberi, Ecclesiæ rerum, & bonorum omnium alienationem, omneq; pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypotecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum Emphiteuticum, & huiusmodi, prout videre omnino est in Constitutione Paulina, *l* ne tantæ vltioni subiaceant: Vnde & Iuramentum de non alienando prȩstare coguntur.

23 Res tamen immobilis, quæ sit exigua, & modica, ad vigintiquinque ducatos Cameræ circiter, sterilis etiam, & inutilis, cum Episcopi assensu, omissis solemnitatibus, alienari poterit. *m*

24 Locationum autem ad triennium, publicum Instrumentum in forma probante, sub pœna priuationis fructuum, inde percipiendorum, & nullitatis contractus, fieri mandamus, sicuti sub ijsdem pœnis, locationes, quæ in fraudem fiunt successorum, solutionibus anticipatis, *n* prohibemus omninò.

25 Præmoneantur hinc omnes, quod rem Ecclesiasticam alienantes adiecta clausula, saluo assensu, &c., non alias, aliter, nec alio modo, &c. si tamen possessionem ante obtentum Apostolicum assensum, tradant, eiusdem Paulinæ pœnas non euadent. *o*

26 Commissarij autem Apostolici, seu Delegati, quoad licentiam, & assensum alienationis animaduertant, quibus arctantur pœnis, qui id munus, quæ debent Iustitia non exequuntur: Extat enim constitutio eiusdem Pauli ij, *p* vbi dicitur, quod Laicus, qui

i *Sess.* 22. *de Sacrific. Miss. c.* 2. *et sess.* 25. *de Purgatorio in principio.*

k *Petr. de Sot. de suffrag. defunc. lect.* 3.

l *quæ est inter Extrauag. sub tit. de rebus* Eccles *non alien.*, *incip. Ambitiosæ cupiditati*, *&c.*

m *c. Terrulas* 12. *q.* 2. *Quarant. in Verbo*, *Alienatio num.* 41.

n S. Conc. Trid. *sess.* 25. *c.* 11.

o Idē *Quarant. in d. verb. Alienatio*, *n.* 9.

p *ann.* 1465 *quæ incipit*, *Cùm in omnibus*, *&c.*

qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiæ, alienationem fieri procurarit, aut alienationis decretum extorserit, excommunicationis sententiam eo ipsò incurrit, à qua non, nisi à Sūmo Pontifice absolui potest, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum, cum fructibus, quos percepisse constiterit, condemnandus.

27 Ne de cetero inter Parochos controuersia aliqua, seu potius confusio, in animarum etiam perniciem, oriatur, quoad subditos habentes domum habitationis, ac familiam propè parochiales Ecclesias (quæ suos habere debent limites certos, ac distinctos, populumq; proprium) expresè declaramus, quod ij, qui Ianuam Domus principalem, per quam frequentius introeunt, & exeunt, Ecclesiæ cuiusque Curati propinquiorem, habent, & magis cōtiguam, eidem Ecclesię addicuntur, etiam si domus inter ceteros Ecclesiarum limites equaliter esset: Isque, pro tutiori animarum salute, proprius, & perpetuus erit Pastor, & Parochus, à quo solùm Sacramenta recipiunt, *q* vt seriò præcipimus, sub pœna suspensionis à Diuinis.

28 Caueant omninò Parochi, alijq; Sacerdotes, ne Sepulturæ, vel Exequiarum causa, quicquam antea paciscantur, aut tanquam prętium exigant, quicquid dicat Genuēsis in sua Praxi Archiepiscopali, *r* & præsertim de soluendo certam pecuniæ quantitatem, loco candelarum, quæ ad honorem funeris distribui solent: Sed & fratres ipsi mendicantes nullatenus suis candelis, quæ pro Misîis deseruiunt celebrandis, defraudentur, sub pœna ducatorum decem pro qualibet vice, alijsq; arbitrarijs.

29 Nullus postremo sit, qui cum pileolo, vel subireto celebret, vt supra diximus, *s* sed nec ad Altare quispiā baculo innixus accedat, Irregularis nāq; censetur, qui Sacrum, sine baculo, peragere nequit. *t*

q S. *Concil. Tri. sess.* 24 *de reform. c.* 13. *§. in ijs quoque.*

r *c.* 6. *n.* 9.

s De *celebrād. Miss. c.* 7. *n.* 12.

t Tolet. *lib.* 1. *c.* 58. *n.* 2.

De

1 CVM Sanctimonialium cura Episcopis præcipua commissa sit, super qua maximè inuigilare debet, sub obtestatione etiam Diuini iudicij, *u* vbi enim periculum maius intenditur, ait Gregorius X. *x* ibi procul dubio est plenius consulendum: Nosq; ipsi dolorem, ac laborem, nec non angustias, quæ vndiq; nos perturbant, in tantum obeundo munus, experimur in dies, nonnulla eis prescribere, seu potius ad mentem redigere duximus (siquidem Concilia Sacra, & nouissimè Tridentinum, *y* Sacriq; Canones, & Pontificum Constitutiones latius insistunt) quippe, quæ Christo Domino Animarum Sponso illibato, suam sponte deuouerunt integritatem, quàm planè Canones ipsi admirantur, & summopere laudant: *z* Etenim Hortus conclusus, contra carnalia vitia, ob vitæ austeritatem; dicuntur, & fons signatus contra peccata quælibet, ob humilitatem. * Idcircò ad Diuinum Cultum perpetuò addicuntur, vt dum totæ in amore Dei se dederint, haud inutili aliqua perturbatione laxentur, sicuti Propheta dixit. † Abscondes eas in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.

u *cap. vnico per totū de statu* Reg. *in 6. &* S. *Conc.* Trid. *sess. 25. de regul.*
x *in Generali Cōc.* Lug*dunēn.*, *& c. 3. de elec. in 6.*
y *d. sess. 25 ferè per totam.*
z *c. hæc autem scripsimus dist. 30*
* *Cant. 4.*
† *Psal. 30.*

2 Hinc est quod ipsarū castitatem diabolicè perturbare præsumentes, maledictionibus feriuntur horribilibus, vt patet liquidò ex Episcopi sententia post illarum consecrationem, sic promulgantis.

3 Auctoritate Omnipotetis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius; firmiter, & sub interminatione Anathematis inhibemus, ne quis præsentes virgines, seu sanctimoniales à Diuino seruitio, cui sub vexillo castitatis subiectæ sunt, abducat, nullus earum bona surripiat; Sed ea cum quiete possideant. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, maledi-

ctus

ctus sit in domo, & extra domum: maledictus in ciuitate, & in agro: maledictus vigilando, & dormiendo: maledictus manducando, & bibendo: maledictus ambulando, & sedẽdo: maledicta sit caro eius, & ossa, à planta pedis vsq; ad verticem non habeat sanitatem. Veniat super illum maledictio hominis, quam per Moysen in lege, filijs iniquitatis Dominus promisit. Deleatur nomen eius de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Fiat pars, & hæreditas eius cum Cain fratricida, cum Dathan, & Abiron, cum Anania, & Saphira, cum Simone Mago, & Iuda proditore, & cum eis, qui dixerunt Deo, recede à nobis, semitam viarum tuarũ nolumus. Pereat in die Iudicij, deuoret eum ignis perpetuus cũ Diabolo, & Angelis eius, nisi restituerit, & ad emendationem venerit. Fiat, fiat.

4 Tenentur itaq; Moniales omnes Diœcesis nostræ vitam agere communem, proprietatem verò, vti pestem abhorere, ne in pœnas incidant à Sacris Canonibus, Concilijs, & Constitutionibus Pontificijs inflictas, quæ ad animam vsque, medullitus, pertingunt. Decreta, quatenus opus sit, prædecessorum nostrorum, & per Sacram Congregationem approbata, adhuc etiam typis mandata, Regulam item, sub qua viuere promiserunt, Põtificias Constitutiones, quas in compendio habent, nec non sancita in visitatione nostra generali, ad literam obseruent, & exequantur, quæ quidem singulis mensibus, ne ignorantia excusentur, perlegi, & publicari capitulariter mandamus.

5 Nouerint hinc omnes, quam graue delictum sit clausurã frangere, arctissimis namq; pœnis, excommunicationis etiam, eò ipso subijciuntur, qui Monasterij septa ingredi quouismodo præsumunt, à quibus, nisi à Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis absolui nequeunt, ex rationabili tamen

causa

causa ab Episcopo licētiam in scriptis obtinere poterunt Medici, Chirurgi, Fabri Lignarij, & huius generis homines, quos duæ saltem Moniales de senioribus selectæ, semper comitentur, ijsdemq; assistant, vsq; dum è Monasterio exeant: Sciant pariter Moniales ipsæ, quàm graue sit crimen, ad breue etiam tempus Monasterio egredi, cum tot Concilia, tot Pontificum Constitutiones, sub Diuini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ in idem crimen acerrimè inuehant, † & præcipue Pij V. fel. rec. incip. Decorum, & honestati, &c. 1569. omnino videnda, & obseruanda.

6 Caueant insuper omnes, tàm Clerici, quàm Laici, cuiusuis gradus, status, dignitatis, & conditionis existant, ne Sanctimoniales alloqui audeant, Nouitias etiam, vel Puellas educandas, seu conuersas, ac famulas intra Monasterij septa degentes, nec per epistolam, aliamve interpositam personam, * non obtenta prius nostra, vel Vicarij nostri Generalis licentia in scriptis, sub anathematis vinculo latæ sententiæ. Excipiuntur nihilominus Parentes, Fratres, ac Sorores, & ij, qui ad victum, & huiusmodi necessaria, ad Rotam, eis aliquid deferunt. Literas verò, si quas habeant, Abatissæ consignari mandamus.

7 Infantes cuiuscunq; ætatis, per Rotā, seu Ianuam nullatenus introducantur, eosq; Moniales non recipiant sub eiusdem excommunicationis nexu. Dum autem Sacra persoluuntur, fitq; Generalis Communio, nemo sit qui eas, ipso die, alloqui præsumat, ne à Diuinis, pijsq; meditationibus abducantur.

8 In vnoquoq; Monasterio Abatissa, seu Præfecta librum habeat, in quo describat quotquot intra ipsius septa extiterint, siue Professæ sint, siue Nouitiæ, siue Puellæ ad educationem, siue Famulæ, ac seruientes, cum adnotatione nominum, cognominum, patriæ, ingressus, egressus, seu etiam obitus distin-

† Bonif. viij. in c. periculoso de Stat. Regul. in 6. S. Cōc. Tri. sess. 25. c. 5. de reg. Pius V. sic exordiens, circa Pastoralis, & Greg. 13 qui ceteras renouat Cōstitutiones, reuocatq; et abolet oēs licētias hactenus, &c. incip. Vbi gratiæ, &c.

** c. diffinimus 18. q. 2. & 81. dist. c. in omnibus.*

distinctè, & singillatim, adiecta die, mense, & anno.

8 Meminerint Regulares cuiuscũq; Ordinis, qualitatis, & dignitatis sint, Equites etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Decreti Sacræ Congregationis Regularium sub Xisto Papa V. circa accessum ad Monialium Monasteria, & colloquendum cum eis: Districtè enim id prohibet, sub pœna etiam priuationis Officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, eo ipso incurrenda, alijsq; arbitrarijs, itaut contra faciẽtes absolui, nec rehabilitari possint ab alio, quàm ab Apostolica Sede, aut ab eadem Sacra Congregatione: Quod quidem Decretum nouissimè confirmatur ex viuæ vocis oraculo Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. incip. Cũ alias de Anno 1590., licet quoad licentiam obtinendam, ab ijs, qui in primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu fuerint coniuncti, moderetur, siquidem per quatuor vices ad summum, quolibet Anno concedi potest ab Ordinarijs, seruãdis tamen seruatis ad vnguem præscriptis in eadem Constitutione, sub datum Romæ 12. Kal. Decembris 1623. omnino seruanda. Confessarij autem ordinarij, & extra ordinarij ab Episcopo eligendi, seu electi, dum id munus exercent, excipiuntur.

9 Sed, & Anathemati Sacrum Concilium Tridentinum subijcit omnes, & singulas personas cuiusuis qualitatis, vel conditionis fuerint, tàm Clericos, quàm Laicos, Seculares, vel Regulares, si quomodocunq; coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quamcũq; Mulierem inuitam, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum religionis habitum, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquomodo eidem actui, vel præsentiam, vel consen- *Sess. 25. c. 18. de regular. expressis verbis.*

 sum,

ſam, vel auctoritatem interpoſuerint. Simili quoq; Anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam Virginum, vel aliarum Mulierum voluntatē veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo, ſine iuſta cauſa, impedierint. Caueant hinc omnes ne in pœnam adeo diſtrictam tot Sanctorum Patrum incidant, ſub quouis etiam prætextu, & quæſito colore. Cappellani autem, Abatiſſæ, ſeu Monialium Præfectæ neminem admittant ad habitum ſuſcipiendum, vel ad emittendam profeſsionem, quin prius per menſem ante id nobis denuntiauerint, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ, nec non excommunicationis, alijſq; arbitrarijs.

10 Prima qualibet cuiuſlibet menſis Dominica, alijſq; diebus ſolemnibus ad Regulæ præſcriptum, Sacræ Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta vnaquæq; Monialis recipere tenetur: Confeſſarij verò eas in ſolito Cōfeſsionali benignè audiant, animaduertentes ne nominatim aliquam aduocent, ſed abſq; vlla differentia miniſterium ſuum impleant, nunquam verò, niſi in caſu merè neceſsitatis, id munus de nocte perficiant.

11 Prohibemus inſuper ne ipſi Confeſſarij, Monaſterij ſepta quauis cauſa ingrediantur, niſi pro adminiſtrandis alicui Sacramenta graui aliqua infirmitate laboranti, conſultis prius Medicis, & tunc deuotè, duobus è ſenioribus ſelectis comitantibus, procedat, eodemq; modo exeat.

12 Verùm cum non exiguum crimen ſit Sanctimoniales perturbare, ſeu quouis modo ab illorum ſancto exercitio remouere, ſub diſtricta excommunicationis pœna, alijſq; arbitrarijs, ſeriò prohibemus, ne quis pila ludere, cantare, cytharam pulſare, aliaq; inhoneſta, obſcęna, turpia, vana, & id generis, loqui, vel facere, vt à Monialibus (ne ipſarum honeſtas inquinetur) audiantur, hortantes ſæcularem Curiam

in

in domino, vt si huiusmodi criminosos inuenerit intra triginta passus à Monasterio, in carceribus detrudat, ac ad libitum nostrum detineat, vt postac omninò resipiscant, ac tanta turpitudo extirpetur. *Facit tex. in c. cum decorem domus Dei, de vit. & honest. Cleric.*

13 Nonnulla pariter quoad Monialium vitam, mores, statum, earumq; Monasteriorum regimen, hic nouimus inserenda, verùm quia plura adhuc extant decreta, de mãdato etiam eiusdem Sacræ Congregationis impressa, atq; in dies facilè illarum necessitati prouideri potest, superuacanea vtique censentur.

14 Cum verò Regularis viuendi ratio, optimique instituti, & tuta via, qua ad omnem perfectionis gradum ascenditur, sit vita communis, nihilq; proprij possidere, adhuc dum hanc nostram Synodum ageremus, ex literis Congregationis Sacri Concilij interpretum, in mandato habuimus, vt inter ceteras, Sanctæ Claræ Ciuitatis Sulmoneñ. Moniales, ad vitam communem omninò redigeremus, cui, vt par est, parère, eiusq; præceptum exequi volentes, districtè præcipimus, & in virtute sanctæ obediẽtiæ, mandamus omnibus, & singulis Monialibus, alijsq; in eodem Monasterio degentibus, vt de cetero communiter viuant, at si quæ habeant bona, cuiusq; generis sint, res, pecunias, reditus, & similia, omninò à se ea abdicent, & Abatissæ, vel Præfectæ singillatim consignent: Eiusdem enim Abatissæ, vel Præfectæ erit, de ipsarum sanctimonialium bonis, reditibus, seu introitibus (quæ ad victum, vestitum, & reliquam vitæ sustentationem pertinent) illis prouidere, cunctaq; opportunè subministrare: Si quis autem, vel si qua intra, vel extra Monasterium, talem pium viuendi vsum, dicto, vel facto, nutu, vel signo exturbare, reprehendere, aut quouismodo impedire, spiritu maligno instigante, præsumpserit, in pœnas à Sacris Canonibus, Concilijs, Pontificum Constitu-

tionibus, & præcipuè ab eadem Sacra Congregatione comminatas, eo ipso incidet.

15 Hanc ergo quæuis Monialis, tutam viuendi rationem, & communis vitæ institutum libenter recipiat, & amplectatur; Abatissæ verò, seu Præfectæ enixè in Domino iniungitur, vt de obseruantia singularem curam gerant, nullamq; ingressuram Monasterium recipiat, aut quouismodo, in Monialem; vel Conuersam, admittat, nisi huiusmodi communis vitæ institutum, amplecti, & iuxta illud, perpetuò viuere, promiserit.

De Ecclesiarum, & aliorum locorum piorum Procuratoribus, & Administratoribus.

Cap. V.

1 CVM inter Pastoralis Officij curas, ea sit, non exigua, vt sedulò Ordinarius inuigilet, ne Ecclesiarum, Hospitalium, Cõfraternitatum, Monasteriorum Monialium, & quorumcunque piorum locorum bona dissipentur, sed diligenter seruentur, & augeantur; Nouerint ipsorum Administratores, ad multa teneri (quippequi spectatæ, & integræ vitæ, ac morum constitui debent, sed nec egentes, aut debitores; experimur enim, multos Patrimonio Christi, quod nefas est, plerunq; locupletari) vtilia, nimirum, agere, & inutilia omittere, liberatoriam obtinere, quotannis administrationis rationem coram nobis fideliter, ac punctualiter reddere, atq; sic se gerere, ne ipsorum culpa bona defraudentur, minuantur, aut quouis modo detrimentum aliquod patiantur, alioquin ad plenam, summo iure, cogi satisfactionem; sed nec vltra annum, in administrationis Officio, sine nostra licentia in scriptis perseuerare audeãt sub excommunicationis, & nullitatis electionis pœna.

S. Cõc. Trid. sess. 22. c. 9 de reform.

2 Bonorum omnium, iurium, ac redituum inuentarium, librum quoque introitus, & exitus diligenter, ac distinctè conficiant, ipsumq; in fine anni cotam nobis exhibeant: Eximè autem inuigilent, vt Ecclesiæ, ceteraq; loca pia sarta, tecta, ornataq; fint; at si quæ fortè ruinam aliquam minentur, mox restaurent, ac reparent.

3 Capsa depositi, in qua pecuniæ, resq; conseruari solent, quam in quibusuis locis pijs fieri, & haberi volumus, pluribus clauibus obseretur, quarum alteram quilibet Administrator penes se custodiat, nec vnquam capsa aperiatur, ni omnes Administratores simul conueniant, quicquid verò vnanimi consensu ex ea desumetur, statim adnotari mandamus. Procuratores tamen per consilium publicum Ciuitatis Sulmonen. electi, excipiuntur.

4 Quibus in locis recipi piè assolent Infantes expositi incertorum Parentum, alendi, ac etiam educandi, vt in Ecclesia Sanctissimæ Annuntiatæ, summa fit cum pietate, curent sedulò Administratores, vt huiusmodi expositi, non adhuc fortè baptizati, quantocius ad Sacrum Fontem deferantur baptizandi, eorumq; nomina in libro, adiectis die, mense, & anno, seiunctim adnotentur.

5 Eosdem insuper Procuratores, quantū possumus in Domino hortamur, vel etiā deprecamur, vt opus, pro Puellis expositis recludēdis in veteri Monasterio Sancti Cosmæ, iam ceptum, perficiant, ne cum dedecore dispergantur, & vagari cōpellantur, scientes id meritorium adeo esse, vt, ad multitudinem peccatorum operiendam, apprimè valeat.

De Vita, & Honestate Clericorum. Cap. VI.

1 VITA, & Clericorum Honestas, qui in sortem Domini vocantur, † ea esse debet, vt irre- † *c. Cleros, & c. Clericos dist. 21.*

a 1. ad Timoth. c. 2. c. vlt. 25. dist. reprehensibilis, a jis etiã qui ex aduerso sunt, dignoscatur; Etenim in eos, ferè supra montem positos, tanquam speculum, reliqui oculos conijciunt, siquidem nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei

† Matth. 5. Cultum assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se Diuino ministerio dedicarũt: At (proh dolor) sic viuunt multi, quòd innumeras potius animas ad gehennam ignis d labi, ac ferè irreparabiliter trahi experimur in dies, cumq; ipsorũ sit ędificare, radicitus destruunt, sibique, & ceteris tenebrarum locum construunt æternum. Verum enim verò in quos magis Hæretici ipsi censorium figunt obtutum, quàm in Clericos, qui sunt quasi signum, positi ad sagittam?

a c. qualiter & quando e l. 2. de accu. circa mediũ a Sed & fidelesmet, ad quid aliud magis intendunt, quàm eorum opera redarguere, eorumq; ministeria vituperare? nec mirum quidem; cuius namq; vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur, contra illud Apostoli, b Nemini

b 2. Corint. 6. in princ. dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeãt se, sicut Dei

c Ezech. 22 & Sophõ. 3. Ministros, ne illud Prophetæ dictum impleatur: c Sacerdotes Dei contaminant sancta, & reprobant legem.

2 Hinc Saluator noster Christus Dominus, qui san

d Matt. 20 guinem, & vitam pro animarum salute profudit, d

e 1. Timot. 2. querens, exclamabat. e Veh illi propter quem scandalum venit, f expedit enim ei, vt suspendatur

f Matt. 18. mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: Veh mundo à scandalis. Quamobrem SS. PP. tot Concilijs, tot Constitutionibus, & Decretis, in huiusmodi Clericos vehementer inuehunt, scientes, quod ex ijs sumunt omnes quod imitentur, seu bonum, siue malum. Tales igitur esse debẽt, ait D. Isidorus, g qui Diuinis Cultibus se man-

g de Ecclesiasticis officijs lib. 2. c. 2. dist. 23. c. 3. in fine. cipandos student exhiberi, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent, & vi-

tæ

te monita ab eis possint expectari. Porrò non ad propria commoda, non ad diuitias, aut ad luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocati sunt; Fideles enim reliqui ad religionem, innocentiamque facilius inflammantur, si præpositos suos viderint, non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitare: Quomodo enim auferre malum poterunt de medio eius, qui in delictum simile corruerint? aut qua libertate corripere peccantem poterunt, cum tacitus sibi ipsis respondeant, eadē se admisisse, quæ corripiunt? *a* Improbè quidem agunt, qui alijs honestè, decoreq; viuendi legem præscriberent, ipsi verò nihilo temperantiores sese præberent, *b* iuxta illud. *c*

Quid sibi vult, quod dum sanctissima iussa tonantis
Exequitur populus, bis tamen ipse cadit?
Nempè, quod ille alios qui teneat plectere, debet
Ipse prius vindex criminis esse sui.

Hinc Diuus Augustinus *d* Iustè, inquit, alios reprehendit, qui non habet quod in se alius reprehendat.

3. Percipiat (amabo) quisq; Clericus D. Isidori præmonita, e quæ hic ad literam inserenda duximus; vt ad mentem sæpè redigantur, & omnino seruentur.

4. Clerici (ait ipse) à vulgari vita seclusi à mundi voluptatibus sese abstineant; Non spectaculis, non pompis intersint; Conuiuia publica fugiant, priuata non tantū pudica, sed & sobria colant; Vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum; fraudisq; cuiusquam studium appetant; Amorem pecuniæ, quasi materiem cunctorum criminū, fugiant, & sæcularia officia, negotiaq; abijciant; Honoris gradus per ambitiones non subeant: Pro beneficijs * medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: Odium,

a D. Hierō. in Epist. ad Titum. 1. Corint. 9. c. quid autē 8. q. 1. c. vlt. 25. dist. enim sim.

b Panorm. lib. 5. de rebus gestis Alphonsi.

c Iac. Bill. Anthol. Sacr.

d In Ps. 5.

e vbi supra dist. 23. c. 3.

* idest pro sacramētis, quæ dicūtur medicinæ.

æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: Non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, tumidoq; gressu incedant; sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant: Obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum, penitus execretur. Viduarum, & Virginum frequentationem fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; castimoniã quoq; inuiolati corporis perpetuò conseruare studeant: Senioribus quoq; debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollant: Postremo doctrinæ lectionibus, Psalmis, Hymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant.

5 Vt autẽ id liberius Clerici nostræ Diœcesis exequi, ac quoquã prætextu desuper impediri nequeãt, hæc quæ sequuntur statuenda, & decernenda duximus.

6 Studeant omnes, tàm in statu mentis, quàm in habitu corporis, Deo, & hominibus placere: Vestitu ergo decenti assiduè vtantur, *a* siquidem per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem eos ostendere oportet, *b* eiusq; forma esse debet talaris, idest vsq; ad oram, itaut nec insupertia, et fluitate (*sicut præcipit* Innocentius II. in Concilio Lateranensi cap. 4.) scissura, *c* aut colore vestium, nec in tonsura, intuentium (quorum forma, & exemplum esse debent) offendant aspectum, sed potius, quod eorum deceat sanctitatem, præseferant, quod pariter affirmant Sacri Canones, & Martinus Papa, *d* & nouissimè Xistus V. in sua Constitutione *e* de habitu, & tonsura per Clericos, seu Milites, Beneficia, vel Pensiones obtinentes, deferendis, publicata Romę die 18. Ianuarij 1589. quam declarat Quaranta; *f* Si quis verò contra fecerit, nisi admonitus resipiscat, præter alias pœnas inflictas beneficio caret Ecclesiastico: *g* statur tamen dispositioni

a *Cõc. Trid. sess. 24. c. 12. de refor.*
b *Clem. 5. ĩ Cõc. Vieñ. relatus in Clem. de vit. & honest. Cler. c. 2. §. dignitatem uerò.*
c *21. q. 4. c. omnis instã tia, et c. vlt. & per totã.*
d *c. non liceat e'l 2. dist. 23.*
e *quę incipit cũ Sacrosanctam.*
f *in verbo, habitus, fol. mihi, 261.*
g *sess. 14. c. 6. de refor.*

nis Conc. Trid., ex quo demum fuit illa reuocata *a* per Clem. 8. sanctæ memoriæ, vt diffuse probat quidam modernus Iurisconsultus Donatus Ant. de Marinis Neapolit. *a* Clerici autem initiati, seu in minoribus constituti non incedentes in habitu, & tonsura, priuilegio pariter Clericorum priuantur † ad decretum Sac. Conc. Trid. *b*

a *lib. 1. quotidianar. resol. cap. 56. num. 7.*

† *idest priuari possūt.*

b *d. cap. 6.*

7 Permittitur nihilominus, vt breuiori habitu vti possint in itinere, iuxta tamen præscriptum in cit. Clementina.

8 Sed & si quis comam, aut capillos retortos, longosq; cirros more militū, & sicariorum effluentes, relaxauerit, seu nutrierit, sit anathema, ait Greg. II. in Concil. Romæ habito in Basilica Sancti Petri. *d*

c *de vit. & honest. Cler. cap. 2.*

d *c. si quis ex Clericis dist. 23.*

9 Sacerdotes verò superioris labij pilos, sic recisos habeant, ne Corporis, & Sanguinis Domini species Sacras attingant.

10 Pileum etiam, iuxta communem decentē vsum tantùm deferant, *e* sub pœna contra trasgressores prædictorum omnium respectiuè, vltra cōminatas, ducatorū vigintiquinque, locis pijs applicañ., alijsq; arbitrarijs.

c. Clericus, & c. Clerici el 2. de vit. & honest. Cleric.

e *Facit d. Clem. de vit. & honest. Cler. c. 2. §. dignitatē verò.*

11 In domo, mulieres quoquomodo suspectæ neutiquam detineant, nec cum eis quouis prætextu, nisi fuerint coniunctæ in secundo, & tertio consanguinitatis, vel affinitatis gradu cohabitent, remoto tamen omni sinistro iudicio. Famulas pariter, quæ nō sint saltem quinquagenariæ, deferantq; bonum nomen, ita vt nil de ijs suspicari posit, omninò abijciant, sub ijsdem pœnis.

12 Post secundam noctis horam caueant foris vagari, seu Ciuitatem, & Terras perambulare, si verò ob animarum curam, aliamve iustam causam exeundum sit, Clericali habitu, ac tonsura, face accensa, incedant: Quod si quis, adhuc etiam non initiatus, Clericalem habitum deferre auserit, ipsum mox am

 mittat,

mittat, alijsq; pœnis arbitrarijs mulctetur. Qui autem semel tonsuratus habitum dimiserit, & eundem reassumere, nostra non obtenta prius licentia, prohibetur, alioquin Ecclesiastico interdicto eo ipso irretiatur, ac immunitate, & exemptione à gabellis, collectis, & huiusmodi oneribus careat omnino.

13 Omnes, & quoscunque Clericos monemus, & intimamus, hac vnica, pro trina monitione canonica præmissa, vt districtè præcipit Clemens V. in Conc. Vienēsi, *a* ne carnificum, seu macellariorum, vel tabernariorum, laniorumve officium publicè, & personaliter exerceant, alias Clericale priuilegium, quamdiu præmissis institerint, eo ipso amittant, alijsq; pœnis à Sacris Canonibus inflictis subiaceāt. In negotijs autem sæcularibus, eorumq; cōmercijs, ne se immisceant, id enim Sacri Canones ne dū prohibent, sed in huiusmodi vehementer inuehunt, grauissimis pœnis. *b*

14 Doctoratus, vel aliqua dignitate insignitus, Canonici etiam Cathedralium, annulū gestare possunt, non ceteri Clerici; in Missæ tamen celebratione, cunctis districtè, per Sacrā Rituū Congregatiōe, interdicitur die 11. Febr. 1623. & die 20. Nouemb. 1628., contrafaciens verò amissionis annuli & ducatorum decem, locis pijs applicand., pœna mulctetur.

15 Meminerint Constitutionis Xisti V. *c* contra Bannitorum, viarumque grassatorum fautores, & quouismodo receptatores: Nec non Constitutionis Greg. XIII., in qua reuocantur priuilegia, & indulta, quoad confugientes ad Ecclesias, per Summos Pontifices concessa Principibus Sæcularibus, ad capturam delinquentium, propria auctoritate, in ipsis Ecclesijs, omnesq; abusus, & consuetudines introductos, & similia, infligitur enim pœna anathematis, & interminationis contra quoscunq; immunitati Ecclesiasticæ se opponentes, quos idcirco denun-

a Clem. de vit. & honest. Cler. cap. 1.
b ea. Clem. 1. §. aduersus, c. Cler. el 2. et seq. eod. tit. Sac. Conc. Trid. sess. 22. de reform. innouans pœnas oēs, &. 1. & tot. tit. ne Cler. vel Monac. sæc. neq; se imm.
c quæ incipit dilecte fili nobis vir; eiusdēq; incip. Hoc nostri.
d incip. tanta fol. 298. in Bullar. & melius, incip. cum alias, super immun. Eccles. 1591. kal. Iunij anno 1. Pōtif.

deauntient oportet, ijsq; etiam iure infistant.

16 Perniciosum, ac omni iure damnabile concu-
binatus crimen, quantum in Domino possumus, pro-
hibemus: Graue enim peccatum est, homines solu-
tos concubinas habere; grauius si coniuges, in ma-
trimonij, magni Sacramenti, singularem contem-
ptum, in eodem damnationis statu viuere, easque
audere quandoq; domi, etiam cum vxoribus alere,
& retinere: Grauissimum verò, & super omne dete-
stabile, si Clerici, qui se diuino cultui addixerunt, in
libidinis, ac impudicitiæ sordibus, immundoq; con-
cubinatu versentur: Ne verò facilitas veniæ incen-
tiuum tribuat delinquenti, Sacrorum Canonum, &
Sac. Conci. Trid. decretis inhærentes, statuimus, vt
tàm Clerici, quàm Laici, cuiuscunq; conditionis, &
qualitatis sint (quos hac vnica, pro trina canonica
monitione, intimamus, & monemus) si quas con-
cubinas, seu inhonestas mulieres, de quibus haberi
possit suspicio, in domo, vel extra detineant, aut cũ
ijs vllam habeant consuetudinem, statim eas expel-
lant: At si qui comprehensi fuerint huiusmodi sor-
dibus, immundoq; concubinatu laborare, iuxta di-
ctas canonicas sanctiones, quas efficacius, ac distri-
ctius obseruari volumus, puniantur, vt quos diui-
nus timor à malo non reuocat, temporalis saltem
pœna cohibeat à peccato. Nouerint hinc Clerici,
quod si quis, hac de causa, suspensus, præsumpserit
celebrare diuina, non solùm Ecclesiasticis beneficijs
eo ipso spoliandus, verum etiam, pro duplici culpa,
perpetuò erit deponendus. †

17 Armorum vsus Clericis, cuiuscunq; qualitatis,
dignitatis, & ordinis sine, primæ etiam tonsuræ in-
terdicitur, arma quippe Clericorum, orationes, &
lacrimæ esse debent, * vnde Clemens V. in Conci-
lio Vienen. districtè præcipit, vt ab huiusmodi ex-
cessu compescantur, quod nos, vt par est, exequi vo-

S. Cõc. Trid. sess. 24. c. 8 de reform. matr.

d. sess. 24. et sess. 25. c. 14 de refor. & c. vt Clericorũ de vit. & honest. Cler. & simil.

† cit. cap. vt Clericorũ de vit. & honest. Cleric.

** c. cũ pila, & c. conuenior 23. q. 8 Glos. in cap. porrò 16. q. 4. Clem. de vita et honest. Cler. c. 1 in fin. §. fin.*

lentes, seriò prohibemus, ne vllum armorum genus, etiam ad defensam, deferant, sub pœnis à Sacris Canonibus inflictis, & ducatorum decem pijs locis applican.

18 At si quis Sclopetum paruulum (Pistolam, nimirum, duorum palmorum) seu Stillettum, quouis praetextu, & occasione, portauerit, vel etiam detinuerit, excommunicationis nexu innodandum, ac ducatorum viginti quinque, alijsque arbitrarijs pœnis mulctandum, se nouerit.

19 Ad Aleas & taxillos, tàm publicè, quàm priuatim, nec ludant, nec huiusmodi ludis intersint; omni namq; iure, a id Clericis, ob plura, & infinita mala, quæ inde proueniũt, detestabile est, iuxta illud; Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram; Ira truces inimicitias, & funebre bellum: Vnde Ierem. (b Non sedi, inquit, cum consilio ludentium, Tobias ille Patriarcha, c nũquam, ait, cum ludentibus me miscui, & D. Chrysostomus d non dat Deus ludere, sed Diabolus, vti escam malorum omnium. Hinc D. Bernar. in persona Christi. Ego te acquisiui manibus crucifixis; tu te consumis manibus ludo dicatis? Excommunicationis ergò in huiusmodi criminosos latæ sententiæ pœnam merito superferimus cõtra, verò spectatores, alijsq; ludis, quamuis licitis, ac permissis publicè se immiscentes, ducatorum decem pœna iniungitur.

20 Sed nec Clerici, cuiuscunque ordinis sint, in minoribus etiam constituti, coram Iudice Sæculari Aduocati, seu Procuratores, tàm in causa ciuili, quàm criminali, esse possunt, nisi propriam, vel Ecclesiæ suæ causam, aut pro coniunctis, & miserabilibus personis, prosequantur, e habita tamen Ordinarij licentia, siquidem opprobrium est Clericis, si se peritos forensium disceptationum ostendere voluerint; f redditq; rationem Gregor. 1x. g quia

a c. Clerici el 2. de vit. & honest. Cler. cap. 1. dist. 35. & S. Cõc. Trid. sess. 22. c. 2. de reform.
b Ierem. c. 15.
c Tob. c. 3.
d D. Chrysost. super Genes.
e c. 1. de postul. vbi glo. et doctores.
f C. de Episc. et Cler. l. repetita, et C. de testam. l. consulta.
g d. c. vltimo cod. tit.

Clericorum est officium nulli nocere, omnibus autem prodesse velle: Quare à Tabellionatus officio (nisi in foro, & Magistratibus Ecclesiasticis) arcentur: *a* Nec coram Iudice Sæculari absque Episcopi licentia, ferre possunt testimonium, *b* alioquin contrafacientes ducatorum decem, pro prima vice, & moniti, non desistentes, alijs grauioribus pœnis ad arbitrium subijciantur.

21 Quam insuper graue sit Clericis peccatum, qui negotiari, & mercaturam exercere auserint, ex pœnis à Sacris Canonibus inflictis, facile arguitur, ex qualitate enim pœnæ, cognoscitur qualitas delicti; *c* Porrò lethali culpa, anathemate, excommunicatione, suspensione, ac depositione, respectiuè irretiuntur, at si tertiò moniti Clerici minores non resipuerint, eo ipso priuilegium, quoad immunitatem à gabellis, alijsq; oneribus; non quoad forum, & canonem, ammittunt Clericale: *d* Hinc D. Hieronymus, *e* Negotiatorem Clericum, ait, & ex inde diuitem, quasi quandam pestem fuge, vix enim mercatura, & negotiatio, absque peccato, *f* exerceri potest, ita vt Sac. Conc. Trid. *g* pœnas omnes Sacrorum Canonum confirmat, maiores impositerum, arbitrio Ordinarij, dandas, quarum exequutionem, cum ad morum pertineat correctionem, appellatio non suspendit.

22 Nemo igitur sit, qui in huiusmodi labatur crimen: aliena prædia, vel alios cuiuscunq; fructus, reditus, ac vectigalia non conducat; *h* neve directè, vel indirectè in communionem cum conductoribus se vniat, aut quouismodo participet (nisi fortè conductoribus ipsis succederet, nam in eius loco vsque ad præfinitum tempus persistere potest) *i* Vinum, Frumentum, aliaq; segetum genera non emat, nisi quoad victum sibi necessarium, sed nec, vt carius vendat, nundinas frequentet, nec, quod deterius

a *c. ut officiũ §. ad cõscribẽdas de baret. in 6. c. sicut te nec Cleric. vel Monac. cum sim.*

b *c. quãquã 14. q. 2. c. testimoniũ 11 q. 1.*

c *Bathol in l. eguia, ff. de accus.*

d *c. 1. et c. 2 de Cler. vel Monac. c cõsequens 88. dist. & c. pe nul. 91. dist.*

e *Epist. ad Nepotianũ.*

f *c. 14. q. 4. per totam.*

g *c. 1. sess. 22. de refor mat.*

h *d. c. 1. ne Clerici, vel Monac. vbi Doctores cũ simil.*

i *Doctores cõmuniter.*

rius

rius est proxenetæ, in huiusmodi contractibus, Officio fungatur, sub pœnis adhuc cominatis, alijsq; arbitrarijs.

23 Meminerint præterea quod Clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita, sub spoliorum nomine veniunt ex multis Pontificum Constitutionibus, inter quas præcipua est Pij IIII. †. omnino videnda, & obseruanda.

24 Hac itaq; Synodali actione permoti, vniuersum Diœcesis nostræ Clerum in Domino hortamur, eidemq; seriò proponimus, vt cum Reuer. Camera Apostolica (ne in collectorum, subcollectorumve manibus quisq; inuadat, censuris, pœnisq; Ecclesiæ arctissimis irretiatur) perutilis profecto, & quodammodo, ex omni parte necessaria, transactio fiat, quilibet enim de bonis, quæ ad obitum vsque possidet, liberè, & ad voluntatem iure disponet, eaque hæredes legitimi tuta poterunt detinere conscientia. Cuiuslibet, idcircò, velle, seu nolle, per Verbum, Placet, requirimus, sed & nouerint omnes, & singuli transactionem hanc è fructuum Beneficiorum taxis, prout de iure, fore faciendam. Cui consonæ, iustæq; hortationi, cuncti, & quisq; de Clero libenter adhærentes, vnanimi, ac deliberatò consensu, responderunt, Placet, idque quamcitius exequi supplicarunt, prout, &c.

† incip De-cens, &c. fol. 685. & inc. Romanus, &c. fol. 695. quas affert Quaranta in uerbo, spolia, Clericorum, & in verbo, Vectigal, Rodoanus q. 2. de spol. Cleric., & Azor. in sua Summ. p. 2. lib. 8. cap. 2 per totum.

25 De cetero Clerici quicunque Sacris Ordinibus insigniti, Curati, seu Archipresbyteri, qui ob eorum negotia peragenda, ad Ciuitatem Sulmonæ, in qua residemus conuenerint, nundinarum præsertim occasione, nos, cum primum, vt par est, adeant, expedit enim, vt de multis, ad bonum Diœcesis regimen, sæpe instruamur.

De

QVONIAM, vt experimur in dies, multi etiam fidelium (quod satis deplorãdum est) ne dum parui excommunicationem faciunt, sed aliquãdo etiam prorsus eam contemnunt, nonnulla hic inserenda duximus, admonentes, quod grauissima sit pœnarum, nullaque in Ecclesia Dei pœna maior, *a* quam idcirco SS. PP. *b* neruum Ecclesiasticæ disciplinæ vocant, & vltimum terribilium, nam, & mors dicitur ab Innocentio III. *c* Quis, ait, superbiens contempserit obseruare, mori præcipitur, idest per excommunicationis sententiam, velut mortuus à communione fidelium separari: *d* Ita vt tortura, ad illam, comparata; pœna est leuissima, nihilq; sic formidare debet Christianus, quam separari à Corpore Christi, scilicet per excommunicationem. Quemadmodum membrum, ait, *e* D. August. si præcidatur ab hominis viui corpore non potest tenere spiritum vitæ; Sic homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest tenere spiritum iustitiæ, etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. Etenim nil aliud est excommunicare, quàm tradere hominem Sathanæ: *f* planè traditur Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat, habetq; in eo quasi in pecore suo potestatem; Verùm si hodie excommunicati corporaliter non vexentur, id euenit, quia Dæmones ipsi nolunt, ne homines excommunicationem pertimeant, & sic ob illius contemptum multorum animas lucrandi via subtrahatur; Vnde grauius est homini excommunicari, quàm si gladio feriretur, si à feris deuoraretur, si flammis vreretur: Hinc Sacri Canones districtè volunt, *g* quod in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati, corrigi noluerint,

luerint,

a *c. corripitur* 24. q. 3.
b S. *Concil. Trid. sess.* 25. c. 3.
c *c. per venerabilẽ circa fin. Qui filij sint legitimi, et c. Episcopi in fine* 11. q. 3.
d *c. nihil* 11. q. 3.
e *c. omnis Christianus ead. q. glosa mirabilis in c. contingit el primo in verbo, Ordinati, circa mediũ, vtiq; ponderandã.*
f *Ep. 45. ad Vincentium.*
g *c. Ecce autem crimina* 24. q. 3.

fuerint, tanquam putres corporis partes excommunicationis ferro abscindantur, ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliquæ carnis, putredinis suæ contagione, corrumpit; Ita isti qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorũ societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiunt: *a* Vnde D. Hieronymus resecandæ sunt, inquit, putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant, *b*

2 Porrò Excommunicatio, dicitur esse pęna etiam medicinalis, ex fine, & intentione ipsius, nam finis eius, est mederi peccatori, si verò ob eius contumaciam fiat lethalis, reliquis tamen Ecclesiæ membris erit medicinalis, quia vt diximus, morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Pœnæ autem medicinales *c* sunt pro correctione delinquentium, nam sicuti in medicina corporali, à leuioribus, & minus periculosis incohatur, ne natura nimis grauetur, postremò, fortioribus vtendum est medicinis, sic in excommunicatione ferenda, idem ferè seruandum est; primum scilicet, à monitionibus, & comminationibus, quæ tres esse debent, *d* vbi agitur de pœna incurrenda, nec tunc sufficit vna peremptoria habens vim trinæ, nisi sit in tres distincta terminos, quorum tot pro prima, tot alij pro secunda, & reliqui pro tertia, & vltima admonitione assignantur: *e* At si contumax, & rebellis cõtemnat, excommunicatur, cum Iudex iam non habeat, quod contra ipsum amplius faciat; Cum dolore, ait, D. Amb. *f* comportatur etiam, quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis, si non potest, tunc à Medico bono abscinditur. *g*

3 Personalis idcirco requiritur citatio ad excommunicandum, saltẽ trina, vel vna pro tribus, *h* contra

a D. Hierõ. *in Epist. ad Galat. c.* 5. *c. resecandæ*
b *ead. q.*
c *Secũdum Philosophũ* 2. *Ethic.*
d *c. constitutionem, & ibi Glos. de sent. excom. in* 6. Ricc. *in sua prax. resol.* 175. *n.* 2.
e *l. tres denũtiationes C. quomodo, & quando, Glos. in c.* 2. *de vit. & honest. Cler. quàm refert Siluester in sua Summ., uerbo, Clericus* 3. *n.* 3 *circa med.*
f *lib.* 2. *de off. c.* 27.
g *Sot.* 22. *q.* 1 *ar.* 2. *Viual. de excõm. n.* 113. *Suarez lib. c. d.* 20. *sect.* 2. *&*

tra

tra verò latitantes; domi fieri sufficit, vel per Edictum: *i* At secundum Ritū Curiæ Archiepiscopalis Neap.) citatus bis domi, excommunicari potest; *k* Citatio tamen personalis non requiritur in declaratoria excommunicationis, vt videre est apud Marcum Ant. Genuensem in suo Tract. Practabilia Ecclesiastica. *l* [illegible]

4 Nouerint itaq; omnes, excommunicationem eo ipso infligi in multos, nimirum, in Hæreticos, Schismaticos, Sacrilegos, Simoniacos, Vsurarios, Clausuræ Monialium, & Ecclesiasticæ immunitatis violatores, Clericorum percussores, Gabellarum à Clericis exactores, Decimarum, Bonorumque Ecclesiæ Vsurpatores, & in huiusmodi fere innumeros, quibus Sacri Canones Sacraq; Concilia summopere insistunt: Verum quia non rarò euenit, quod ad partis instantiam, excommunicationis monitoria, pro rebus deperditis, seu subtractis, passim, ab Episcopis promulgantur (à nemine enim, præter quam ab ijs *m* decerni possunt) nonnulla præmonenda censemus.

5 Decernimus itaq; in primis quod, cum sobriè, magnaq; circumspectione exercenda sint *n* (experientia namq; docet, si temerè, ac leui ex causa inferantur, magis contemni, quàm formidari) pro minori summa ducatorum vigintiquinque nullatenus concedantur: (consuetis monitionibus præmissis) At ex petentium egestate, Episcopi arbitrio, pro minori etiam summa fulminantur, siquidem quodlibet mortale peccatū excommunicationis materia sufficiens est; Vnde si plures graue damnum simul intulerint, licet singuli parū acceperint (vt si vineam fuerint deprædati) nulli dubium quod excommunicari valeant. *o* Ad instantiam verò alicuius excommunicati, Iudæi, *p* alteriusve publici peccatoris, neutiquam concedantur, sed nec si criminosa sint,

Sayr. lib. 1. c. 12. & c. 18. nu. 37. circa fin.
h c. sacro de sent. excom.
Innoc. cap. fin. de eo qui mitt. in poss. et Couar. in c. alma mater 1. p. §. 9.
i Clem. causā de elect. Fel. & Couar. ubi sup.
k Ind. Elas sua praxi c. 23. n. 12.
l q. 708. tricenario 24 per tot.
m S. Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de reformat.
n S. Conc. Triden. vbi sup in princ.
o Sot. in 4. dist. 22. q. 1 art. 2. & est comm. opin.
p c. gaudemus de diuortijs.

vel infamatoria personæ alicuius particularis, quæ profectò haud nominari debet. Exprimatur item res, de qua agitur, eiusq; valor, quoniam de re vaga, incerta, & inuerisimili cõcedi prohibentur ex Constit. Pij V. super modo expediendi rescripta in forma, significauit: Sed neo lite pendente, & nisi in subsidium, deficiente, nimirum, alia probatione, & quando veritas aliter haberi nequit, nec non nisi interesse aliquod habeat Orator in re subtracta, seu deperdita, vel cuius interest, speciale mandatum; concedantur. † Item nisi nominatim contra Testes, ratione formæ, ac præuia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter, vt docent scribentes omnes. *

6 Caueant Parochi, ad finem reuelationis eiusmodi, publicari monitoria, vel quod magis est, ad fulminationem procedere, à die Palmarum vsque ad Dominicam in Albis, & à nouissima Aduentus vsq; ad Epiphaniam inclusiuè, ob ipsarum dierum reuerentiam, & quò Christi fideles orationibus, Diuinisque Officijs deuotius vacent: Alioquin ducatorum trium pœna, locis pijs applicañ. mulctentur.

7 Rescriptum Pontificium, in forma, significauit, publicandum est de verbo ad verbum, sensum; nec sermonem alterando, pro Idiotis tamen, lingua materna, seu vulgari Idiomate fulminari poterit: quamobrem pars, ad cuius instantiam rescriptum fuerit expeditum, alia capita formare nequit, vltra expressa, alias nulla esset excommunicatio, ni fortè in eo adsit clausula, latius arbitrio tuo, vel significantis, &c. † pro vt aduerti mandamus.

8 Reuelationes autem, si quæ sint, ad nos quamprimum clausas, sigilloq; munitas transmittant, sed nec parti aduersæ sub ducatorum decem, excommunicationis etiam, alijsq; pœnis arbitrarijs rllatenus deferant, vel ostendant. Si verò criminosæ, vel in-

† Genuens. in d. sua prax. Archiep. c. 1. per totũ.

* Sayr. decis. 3. de Cẽsibus, c. Cõstitutionẽ de sent. excom. in 6. & expressè S. Cõcil. Trid. d. cap. 6.

† Fel. c. cũ sit n. 15. de appell. et est doctrina omnium.

famatoriæ

famatoriæ fuerint, neutiquam recipiantur, vt paulò ante annuimus, earumve copia Iudici Laico non consignetur, si enim causa sit sanguinis, Irregularitatem facilè contrahent: † Qua propter Vicarius noster Generalis, & Actorum magister Episcopalis, parti, & Iudici excommunicationis pęnam latę sententiæ iniungant, si fortè in criminalibus, eiusmodi reuelationibus vti præsumerent, secus si ciuiliter, remoto tamen scandalo.

† *Facit tex. in c. 2. de homicid. in 6.*

9 Volumus insuper, nec etiam concedi posse, quin prius nostra, vel Vicarij nostri Generalis subscriptione, ac sigillo, fuerint munita, alioquin nullius roboris existant, qui verò eas aliter publicauerit, in ducatorum decem pœnam incidat.

10 Excommunicati autem nominatim, ac denunciati, quacunq; ex causa, & culpa, notorij etiam Clericorum percussores, qui nulla possunt tergiuersatione celari, ad Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis Valuas, ceteraq; publica, & consueta loca, ac præcisè Palatij Episcopalis, per Cedulones affigantur, vt à fidelibus euitentur, eorumq; abhorreatur commercium; Etenim Excommunicati tribus, præcipuè, bonis priuantur, mutua fidelium conuersatione, colloquio, & conuictu, Sacramentorum participatione, † & orationibus, suffragijsq; Ecclesiæ generalibus, iuxta illud,

Os, orare, vale, communio, mensa, negatur.

Tales insuper Excommunicati, adiectis die, mense, anno, & causa, seu delicto adnotentur, & in actis Curiæ Episcopalis registrentur; Opus quippe est, vt animaduertatur; num vltra annum in excommunicatione insorduerint, siquidem Sac. Conc. Trid. * Sacriq; Canones decernunt, quod si Excommunicatus, post legitimas monitiones, non resipiscat, sed obdurato animo; in eadem per annum insorduerit, contra illum, tanquam de hæresi suspectum, procedi

† *D. Thom. in 4. distin. 189. 2. art. 1. q. ad secundum. c. Euãgeliũ 3. q. 4.*

* *vbi supra c. 6. in fine.*

† *ad tex. & Glos. in c. Excommunicamus el primo, §. qui autē, verbo, cōdemnētur in fin. vers. nec intelligat. de haeret., ubi idē notant Hostiens., & Enricus.*

etiam possit, quinimmo si citatus ad se purgandum de tali suspicione, non se purget, tunc ex causa haeresis, iterum excommunicatur; at si per annum, & amplius, eodem animo pertinaci, ac indurato, & in contemptum clauium insordescat, vti haereticus reputatur, atq; vt talis excommunicatur †.

De Seminarij fundatione, & institutione.

Cap. VII.

1 QVONIAM, vt supra diximus, eos, qui Diuino Cultui se mancipandos exhibēt, ne dum vita, bonisq; moribus, sed scientia etiam, calleant oportet; vt sacris literis imbuti, aptius, & cum maiori plebis vtilitate Ecclesias regere, eiusq; saluti consulere valeant, ne cum Caeci Caecos ducant, omnes in foueam cadant: * Ex quo ad Episcopale munus, meritis licet imparibus, Diuina dispositione, praepositi fuimus, nil magis nos vrgebat, quām pauperum Clericorum Seminarium in nostra Dioecesi erigere, & instituere, tūm quia Sacrum Concilium Tridentinum † id ne dum suadet, sed, & Episcoporum negligentiam summopere arguit, & increpat, tūm quia pietas, charitas, & Ecclesiae zelus idipsum compellit.

* *Luc. 6. 39*

† *sess. 23. c. 17. de reformat.*

2 Capta itaq; occasione opportuna ex huius nostrę Synodus Dioecesanae actione, in qua ad Dei gloriam, totiusque Populi salutem, Vniuersus Clerus coactus est, Vos fratres, & filios carissimos hortamur, ac etiam in Domino depraecamur, vt opus tam salutare, & ex omni parte commendabile, enixè, totoque conatu aggrediamur, atq; perficiamus, Ciuium omnium, Procerum maxime, & Sulmoneñ. Magistratus opem, & auxilium implorantes, commune namque, & vniuersale Ecclesiae bonum huiusmodi Puerorum studium Sacrum Concilium † appellat. Vnde inter

† *vbi sup.*

loca

loca pia connumeratur, & meritò quidem, quid enim aliud sunt scholæ pietatis, & literarum, quam principia quædam Ecclesiæ, & Seminaria Reipublicæ Christianæ? Quæ autem maior esse potest pietatis, & Charitatis exercendæ ratio, quam Religionis, & virtutis; aliarumq; bonarum artium, & linguarum communicatio, quæ sanè in scholis potissimum locum habet? Hinc est quod immunitate gaudeat, sitque à Tributis, alijsq; oneribus extra ordinarijs immune, fori electionem habeat, pro ipsius erectione rem suam quis vendere cogatur, etiamsi nulla haberet priuilegia, & simil. † — † *Ricc. in sua prax. ro fol.* 411. *& seq.*

3 Verum quia formaliter instituendum est, ad hoc vt taxæ beneficiorum quorumcunque, ac etiã vniones legitimè fiant, nulli dubium, quod locus, vbi construi debet sit imprimis eligendus; Proponimus ex nunc Aedes Sanctæ Mariæ de Tumba, quæ sanè satis commodæ videntur, (at si quis fortè commodiora loca adesse sciat, vt fundamenta quantocius iaciantur, referat) nec non Seminario beneficia aliquot, ad Sedē Apostolicam, etiam affecta, iuxta Sacri Concilij dispositionem † vnire, taxamque interim, & portionem ad vnius ducati pro quolibet centenario, rationem facere, super redditibus integris Mensæ nostræ Episcopalis, Canonicorum, & quarumcunque dignitatum, Abbatiarum, Hospitalium, cunctorumq; beneficiorum, Regularium etiam nostræ Diœcesis, licet fuerint exempta, & de Iurepatronatus; Taxæ autem simulac cessabunt in totum, vel in partem, dum beneficiorum vniones suum fuerint sortitæ effectum, vel aliunde Seminarium sustineri poterit congruenter. — † *vbi sup.* — † *lib.* 1. *de re beneficiaria tom.* 1. *q.* 30. *n.* 47. *et Ricc. vbi supra resolut.* 417. *ex decis. Rotæ in recēt.* 361. *n.* 3. *cũ seq. p.* 2.

3 Porrò si formaliter non instituatur, vniones, taxæq; omnes haud sustinerentur, vt communiter docent scribentes, & doctè probat d. Melchior Lotterius, † qui dat erectionis formam, quæ mutari nequit:

quit:

quit: Primum, inquit, fiat præparatio domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum. Secundum electio duorum Canonicorum pro regimine, & gubernio Seminarij. Tercium electio duorum Conſultorum pro inſtituendis taxis, & faciendis vnionibus, alterius de Capitulo, & alterius de Clero: Præter totidem alios per Capitulum, ſcilicet vnum, & per Clerum alterum: Subditq; ſic omnia hæc neceſſaria eſſe ad Seminarij formam; vt nec in articulo ſummarijſsimi poſſeſſorij retinendæ, poſſint eius partes ſuſtineri in perſona eius, qui poſſeſſionem cepiſſet nomine ipſius Seminarij, eo non præexiſtente; nec quicquam etiam faceret Epiſcopi auctoritas, qui eam poſſeſſionem tradidiſ-

† Bald. cōſ. 135. nu. 2. lib. 3. ſet. †

5 Epiſcoporum itaque, & Deputatorum de Capitulo, & Clero, ſingulis erit annis inquirere, qui ſint reditus, in quibus conſiſtant, quot perſonæ, quæve ſalaria, ſingulaque adnotare, vt ſedulo prouideatur; de illius etiam regimine, adminiſtratione, ordine, norma, modoque viuendi, de Magiſtris, Officialibus, & Præpoſitis, de puerorum vita, moribus, ſtudio, lectionibus, doctrina, religione, & obſeruantia cuiuſlibet, de habitatione etiam, ac de vicinis, ne quid obſcenum committatur, vitia ſint aliena, Deique timor habeatur, quia in animam maleuolam non introibit ſpiritus

† Sap. c. 1. ſapientiæ. †

6 Quapropter à teneris annis pueri ad pietatem, & religionem informentur oportet, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat: Hinc ait

† ead. ſeſſ. 23. in princip. Sacrum Concilium Tridentinum, † recipiantur qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere, & ſcribere nouerint, & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis Miniſterijs perpetuò inſeruituros;

Pau-

Pauperum autem filios (non excludendo diuites, si suis alantur sumptibus) præcipuè eligi vult, qui statim habitu, & tonsura Clericali semper vtantur: Grammatices, cantus, computi Ecclesiastici, aliarumq; bonarum artium disciplinam, Sacram Scripturam, Libros Ecclesiasticos, Homilias Sanctorum, atq; Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad Confessiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum, ac cærimoniarum formas ediscant.

24 Diebus singulis Missæ Sacrificio intersint, singulisq; mensibus confiteantur peccata; & ad Confessoris arbitrium, Corpus Domini Nostri Iesu Christi deuotè sumant, Cathedrali Ecclesiæ nostræ Sancti Pamphili cunctis diebus Festis de præcepto inseruiant, cæterasq; Constitutiones à nobis desuper edendas, & promulgandas obseruent, dicantque omnes quotidie Officium, saltem, Virginis Gloriosæ, Defunctorum, cum septem Psalmis Pœnitentialibus, & Litanijs, nec eiusdem Beatæ Mariæ Virginis Rosarium ommittant: Quæ vtique omnia ferè ad literam ab eodem Sacro Concilio Tridentino † afferuntur, cuius forma omninò obseruanda est, & exequenda. † *vbi sup.*

25 Conueniamus igitur fratres, & filij carissimi, in vnum, ad opus hoc, tam commendabile, perficiendũ, prout denuo hortamur, vel etiam in Domino præcipimus: Et interim dicti quatuor deputandi eligantur, quibus in Consilium nostrum adhibitis, pro tota Seminarij temporali administratione (licet ipsorum iudicium sequi non teneamur) quantocius fabrica instituatur, Præceptoribus, & Ministris stipendia assignentur, pueri pauperes constituantur, eisq; de sumptibus necessarijs quoad victum, & vestitum (qui violacei sit coloris, & talaris; id est, vsq; ad oram) prouideatur: Etenim, vt nuper annuimus, taxas è fructibus beneficiorum omniũ, ad ipsos

De-

Deputatos, iuxta eiusdem Sacri Concilij Tridentini præscriptum, facere spectat. Sic Deus omnipotens opus hoc, tàm salutare, vt enixè deprecamur, ad sui gloriam, protegere, idéq; perficere dignetur.

De Sepulturis, & Funeralibus Mortuorum.

Cap. IX.

1 COMMENDATVR adeò in sacris literis, tamquam Religiosum, & pium, mortuorum sepelire cadauera, *a* vt Tobias maximè laudetur, Abraham pariter, Isaac, & Iacob, qui studiosè propria, & aliena sepulchra curarunt, sed & Ioseph, ac Nicodemus summoperè ab Euangelistis comendantur, eò quod Christi Corpus honorificè, pro Iudęorum more, sepelierũt: multi etiam, maximè Christiani aliqui, qui suã operam in sepeliendis martyrum corporibus collocarunt, ob quam rem sæpè ijdem martirij palmam adepti sũt. Hinc D. Ambrosius. *b* Prætermittere, ait, sepulturam, bestialitatem esse, & alibi, *c* Corpora fidelium insepulta remanere incongruum, indecens, & absurdum est: *d* Nam pro graui pœna reputatum est aliquem carere Ecclesiastica sepultura: Vnde si quis absque suo incommodo, facilè mortuum sepelire queat, & alius non sit, qui id faciat, iure, & præcepto naturali compellitur eum sepelire, quia tũc huiusmodi misericordiæ opus in præceptum euadit. *e* Reprehenduntur nihilominus, imò, & detestantur superba, & ambitiosa sepulchra, quæ nec inter opera misericordiæ (sepelire mortuos) *f* numerantur: *g* Tu autem, ait D. Chrisost. cessa, quæso, ab insana funeris impensa, cum audieris nudum Dominum resurrexisse: Sumptuosa namq; sepulchra nonnunquam causa est, vt fures cadauer effodiant, & nudum, & insepultum proijciant: Sed, & quicquid

a c. cũ gratia 13. q. 1. c. fraternitatem vbi DD. de sepulturis.

b in Tob. 1.

c in Ps. 78.

d l. quod si nulla. ff de relig. & sũpt. funer.

e Azor. Inst. Mor. p. 2. lib. 12. c. 13. circa fin.

f Matth. 20

g D. Chrisost. Hom. 84. super Ioan. et 66. super Gen.

quid impenditur, ait D. Augustinus, *a* non est pręsidium salutis, curatio enim funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia defunctorum, *b* quinimmo quos peccata grauius deprimunt, ad maiorem damnationis cumulum potius, quàm ad saluationem, eorum corpora in Ecclesijs ponuntur.

2 Cum itaq; sepulturæ locus, inter pia, ac religiosa connumeretur, ab Episcopis vtiq; deputari debet, ac benedici: *c* Caueant propterea Parochi præfigere, iusve sepulturæ, nobis inconsultis, in suis quibusq; Ecclesijs, concedere: Sed nec prope Altare vllatenus humentur cadauera, sub pœna suspensionis, & quoad Laicos interdicti ab ingressu Ecclesiæ.

3 Nouerint insuper, vt quisq; tumuletur, vbi sepulturæ locum elegerit, siquidem libera est ipsius electio: *d* quæ sanè, ni facta fuerit, in Ecclesia Parochiali, vbi Sacramenta acceperit, sepeliatur, aliàs cadaueris restitutio fiat, & quicquid inde peruentum est. *e*

4 Impuberes autem *f* omnes, ex immemorabili consuetudine, in Ecclesijs Parochialibus, in Ciuitate præsertim Sulmonis, sepeliri assolent, quamuis Curati, vt plurimum, eos aliò humari permittant; At quia ijsdē Ecclesijs inferri potest præiudicium, si passim id concedatur, seriò præcipimus, ne quis imposterum huiusmodi tribuat licentiam, sub ducatorum decem; vel etiam suspensionis pœna ad arbitriū nostrū, cuius nobis absolutionem reseruamus.

5 Parochus in propria Ecclesia, Canonicus verò, vel Peregrinus, in Cathedrali, si adsit, aliàs in Ecclesia maiori Parochiali sepeliantur: Vxor sepulchrum Viri, spurius matris (ni honestè fuerit conditionis) Naturalis sui patris, non tamen in dignitate constituti, habeat: quouis nihilominus casu, Quarta semper funeralium Parochiali, seu Cathe-

a *in lib. de Cura pro mortuis hab.*

b *Secūdum D. Greg.*

c *facit tex. in Clem. 1. de sepult. & c. nemo de Consecr. dist. 1.*

d *c. cum liberum eod. tit. Glos fin. in c. 1. 13. q. 2. c. 4. eod. tit. in 6.*

e *c. 1. de sepult. in 6. et c. ex parte el 1. eod. tit.*

f *arg. c. licet pater de sepult.*

drali Ecclesiæ debetur, vbicunque quis sepelitur, si consuetudo Terræ id habeat. †

† vt sup. de Sacros. Ecclesi. p. 3 c. 1 num. 19.

6 Ne cotentiones, rixæ, nec non etiam scandala, quæ inter Clericos, & Sæculares, ad sepulturæ electionem, non rarò eueniunt, in dies magis pullulent, quibus vt par est, obuiare debemus, perspicuum sit vniuersis, vt si quis, ommissa Parochiali, vel suorum maiorum sepultura, sibi aliam eligere intendat, publico id fiat instrumento, vel corã nobis ex testium depositione pateat, (non tamen familiares sint testes, eiusdemve loci) & in Ecclesia, vbi se disposuerit, tumuletur, Alioquin in maiorum, seu Parochiali sepulchro.

7 Caueant interim omnes aliquem persuadere, vt sibi locum mutent electæ sepulturæ, siquidem pręter quàm quod nullum Parochiali inferri poterit præiudicium, anathemati suggestores huiusmodi se subijciunt, cuius absolutio Pontifici tantum reseruatur. *a*

8 Pactum de aliquid soluendo pro loco sepulturæ interdicitur omnino, vt supra etiam decreuimus, *b* quod, & expresse prohibet Rituale Romanum. *c* Ijs verò eleemosynis contenti sint, quæ, aut probata cõsuetudine dari solent, aut Ordinarius cõstituerit.

8 Sciant præterea, nec posse ex consuetudine pro sepultura exterorum, plusquam Ciuium accipere, saperet enim auaritiam, & impietatem, vt ex multis, eleganter probat Genuensis: *d* Quinimmo pauperes, quibus mortuis, nihil, aut ita parum superest, vt proprijs impensis humari nequeant, gratis omninò sepeliantur; proprijsq; expensis, aut alicuius piæ personæ, seu Confraternitatis, iuxta loci consuetudinem, debita lumina adhibeantur.

9 Aduertant insuper quàm plures ab Ecclesiastica sepultura esse prorsus excludendos, Paganos, nimirum, Iudæos, Infideles omnes, Hæreticos, eorumq; fautores,

a Clement. de pœn c. cupiẽtes, §. sanè, Nauar. in suo Manual. c. 25. nu. 132. & est tex. in c. de sepult. in 6.

b de Curat. & benefic. p. 3. c. 3. nu. 28.

c de exequijs fol. 130 §. caueant omnes.

d Practabilia Ecclesiastica q. 638. per totam, tricen. 22.

fautores, Apostatas à Christiana Fide, Schismaticos, publicos Excommunicatos maiori excommunicatione, nominatim Interdictos, eosq; qui in loco sunt interdicto (eo durante) seipsos ob desperationem, vel iram occidentes (non tamen si ex insania id eueniat) Vsurarios, publicos Blesphematores & ex praua consuetudine, in Deum, & Sanctos, eos de quibus semel in anno palam patet non suscepisse Confessionis, & Communionis Sacramenta in Paschate, decedentes in Duello, etiamsi ante obitum pœnitentiæ signa, hi tales, dederint, manifestos deniquè peccatores, qui sine pœnitentia perierunt, † nec non Infantes absq; Baptismo mortuos.

† *Clem.1.de sepult.*

10 Qui verò in puteo, aut casualiter mortuus reperietur, ni sit de prædictis, Ecclesiastica non priuetur sepultura: ° At si dubium aliquod occurrerit Ordinarius consulatur.

° *c.ex parte el 2.eod. tit.*

11 Defuncti breuiori, ac rectiori tramite ad Ecclesiam deferantur, ad funera autem conuocati, quive ijsdem interesse debent, tàm Regulares, quàm Clerici, atque Confratres modestè, ac deuotè superpelliceis, & biretis induti, Psalmos, in Rituali Romano præscriptos, recitando, bini incedant: *Missæ* autem de Requie, etiam in die Festo, celebrari possunt, dum feretrum in Ecclesia, hora opportuna, aderit, cum defuncto.

12 Hinc non possumus non vehementer conqueri de Mulieribus, tot clamoribus, vlulatibus, ac ferè more Gentilium, lamentationibus, mortuos suos deplorantibus, eosdemq; ad Ecclesiã vsq; associãtibus, vt in Generali nostra Visitatione, nobis relatum fuit, cõtra quas satis satisq; D. Paulus † inuehit, easq; spem non habentes appellat, quod non absq; ingenti fit scandalo, risuq; circũstantium, & exequiarum perturbatione, præcipimus itaque, ac districtè mandamus vniuersis, & singulis Archipræsbyteris, Pa-

† *ad Thessalonicenses 2. c.4.*

 rochis,

rochis, & Curatis, ne huiusmodi Mulieres eiulantes ad Ecclesiam prosequantur, sed nec eam ingredi vllatenus permittant, sub pœna, quoad Curatos ducatorum vigintiquinque, alijsq; arbitrarijs, quoad verò eiusmodi Mulieres, Interdicti Ecclesiastici.

De Examinatoribus, & Iudicibus Synodalibus.
Cap. X.

QVONIAM Sacrosancta Tridentina Synodus, Sanctiss. Decreto, constituit, *a* vt quotannis in Diœcesana Synodo Viri aliquot idonei referri debeant, qui diligenti examinis ratione, de vita, moribus, doctrina, ætate, ac sufficientia eorum quærant, qui Parochialium Ecclesiarum regimini præficiendi sunt: Nec non aliqui deligantur, ijq; tales, quales Summus Pontifex Bonifacius VIII. fel. rec. præscripsit, *b* ad id apti, & idonei, vt causæ fori Ecclesiastici in partibus delegandæ eis committantur, cui nouissimè successit fel. rec. Greg. X V. Constit. de Conseruatoribus; *c* Nos decreta ipsa exequi cupientes, proponimus vobis ad huiusmodi examinandi munus, & in examinatores.

a *sess.* 24. *c.* 18. *de reformat.* & *sess.* 25. *c.* 10. *de reformat. circa Iudic. elect.*

b *Constit. quæ incipit statutum de rescriptis in* 6.

c *quæ incipit Sanctissimus in Christo Pater.*

R. D.

R. D. Antonium Monicum Canonicum.
R. D. Franciscum Rubeum. V. I. D. Canon.
R. D. Alexandrum Capograssum Canon.
R. D. Marcum Antonium Kotulum Sac. T. Doct. Canon.
R. D. Anibalem de Sanitate V. I. D. Canon.
R. D. Marcum Muccium V. I. D. Canon.
R. D. Pamphilum Cantelmum Canon.
R. D. Innocentium Pizzutum Canon.
R. D. Nicolaum Zeccam V. I. D.
R. P. F. Honofrium de Lifio Priorem Sancti Dominici Ord. Prædic.

In Iudices verò

R. D. Alexandrum Capograssum Canon.
R. D. Flaminium de Sanitate Canon.
R. D. Horatium Rubeum de Pacentro V. I. D.
R. D. Octauium Pallantem Abbatem Castri Mon.
R. D. Suetonium Angelonum.
R. D. Ioannem Leonardum Marchesian. Archipresbyterum Roccæ quinque millium.

Qui quidem omnes, & singuli debitum tenentur præstare iuramentum vt infra.

Ego N. Iuro me, quacumque humana affectione postposita, fideliter Examinatoris officium, quod suscepi, executurum: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Si quis autem vestrum sit, admodum RR. Patres, cui non placeant ad Reuerendissimum accedat.

Et omnes responderunt

PLACET.

CVM igitur omnia, quę in hac Diœcesana Synodo agenda, & tractanda erant, Diuina fauente gratia, adoptatum finem perducta sint, promulgata, item, & publicata, Synodum ipsam cum benedictione concludimus, ac dimittimus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatissimæ Virginis, ac Beatorum Pelini, & Pamphili, qui sint benedicti in sæcula sæculorum. Amen.



SYNODALIVM CONSTITVTIONVM

PRIMA PARS.

II. PARS.

III. PARS.

ORA-

ORATIO
REV. ABB.
BERARDINI NELLI
SVLMONEN.



QVod Ego rudis, qui nihil vſu, nihil ingenio poſſum, quique dicendi facultate omnino careo, dicendi munus ſuſceperim (onus quidem meis viribus impar) vobis diſertiſſimis, Illuſtriſs. Præſul, ac Religioſiſſimi Patres, qui & illuſtribus à natura eſtis ingenijs præditi, liberaliumq; ſtudijs artium eruditi,& à diuturno, aſsiduoq; magnarum rerum vſu periti, me ſcio, mirationem facturũ: Aſt,ſi inter eas,quæ aſſueſcunt domi, cantu ſylueſtres aues ſolent nonnũquam placere, ego, qui ſylueſtribus in locis habito,ſylueſter penè effectus,ac mea ſylueſtri voce, ſpero,aliqua vobis ex parte, oblectamento futurum, ſi meum,qui ex veſtra benignitate, veſtraq; humanitate pendet, firmabitis animũ, animiq; veſtri, hilari ex vultu,imaginem cernam, ſique mihi oratione breui nonnulla de Synodo dicere conanti, gratam exigui temporis non negabitis attentionem. Concilia,& cętus quātę ſint neceſsitatis, quantæq; vtilitatis, non eſtis neſcij Auditores mei: & ſi vna mecum percurretis breui, ijs tum homines recentes vti, ac veteres vſos fuiſſe, tum angelicas poteſtates,& ipſum omniũ auctorem Deum, percipietis vtrunque: Nonne is, qui cuncta creauit,quando peruenit ad creationem generis humani,faciamus, inquit,hominem ad imaginem,& ſimilitudinem noſtram? ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram faciamus, dixit, quia in eius creatione

tota tunc adfuit Sanctissima Trinitas, adfuit enim Pater, adfuit Filius, adfuit Spiritus Sanctus. In Apocalypsi B. Ioannis Apostoli, nonne habemus, eum in Cœlo vidisse turbam magnam, & in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor Seniores sedentes? Quando Saluator noster de Virgine nasci dignatus fuit, nonne fuit facta cũ Angelo multitudo cœlestis militię laudantium Deum? & eadem gloriosa Virgo nonne exaltata fuit super Choros Angelorum ad cęlestia regna? ecce hic Angelorum cœtus, illud Dei concilium: Quod autẽ in hac terrarũ mole, tam homines noui habeant, quàm antiqui habuerint concilia, & cœtus, hoc cum per se pateat, nihil est opus exemplo cum demostratione; nam quę fuerunt, vel quæ sunt imperia, & regna, quę Prouinciæ, & Ciuitates, quæ Oppida, & castra, quæ conuentum non faciant? Quod hominum genus est, quod conciliorum, & consiliorum non sit Societate coniunctum? diuersorum enim multitudo in vnum locum congregata, cõsulit necessitati, agit de augendo bono, de pace seruanda, de errore emẽdando, de damno tollendo, de malo euitando, iisq; opportunũ remedium comparando, atq; demũ, pretermissis omnibus alijs, quę adduci possent, de faciendo quicquid respicit vtilitatem communem: Hinc est, quod tum ad peragenda, quę diximus, tũ ad reformandos plebis deprauatos mores, hęc Diecesana Synodus, ex Apostolorũ Sancto, eoq; firmissimo Senatu profecta, quę singulis annis cęlebrari debebat ex Constit. Sacros. Conc. Trid. cum iam per annos innumeros ne dicam ætates, & per annos fere quatercentum fuerit prępedita, & perturbata propter controuersias, & lites, quę vt scitis, fuerũt inter duo Capitula, & Canonicos duarũ Cathedralium, nunc tandẽ agatur iussu Illustris. & Reuerencis. Dñi nostri Episcopi, qui dissentionibus, & discordijs huiusmodi ex tot Prędecef-

cef-

cessoribus suis, qui eas terminare minime potuerũt, solus modum imposuit, concilians inter Adm. Reu. Canonicos, pacẽ, amicitiã, mutuãq; beneuolentiam, quapropter sũmo iure fas est, gratulemur huic Præsuli nostro, in quo virtutũ omnium resplendet copia iustitiæ imprimisq; pudor, ę, nec non Pastoralis Officij eximia sollicitudo, quæ omnia gentilitio eius in stemmate præclarifs. conspiciuntur; nam quid nobis per canem significatur nisi huius custodia, vigilantia, & generositas? Hic.n. mitis erga bonos, erga notos, & amicos; immitis verò in ignotos, improbos, & hostes, latratu, & cursu lupos expellit, & aduersarios oẽs, qui nobis insidias meditatur: quod etiã annuunt turris illę pinnę, quę circũ stẽma huius Illustrifs. Familię dispositę apparent, nã præter germanã, & antiquã nobilitatẽ, quã ostendunt (antiquitus.n. apud Lõgobardos, vnde fortasse hęc originem traxit, eę tantũ Familię nobiles dicebantur, quę turrim, & æs campanum domi habebant) speculæ quędam etiam esse videtur ad hostium proditiones detegendas: Et Aquila biceps, sed vnius tantũ corporis quid? nisi quod Antistes hic noster vnius consilij, & voluntatis, præterita vno intuens capite, altero præuidens futura; & sibi ipsi, & nobis subiectis prospiciens, ad suam, nostramq; salutẽ omnia refert? Præterea Aquila aurea cur, nisi quia huius progenies, scilicet Caualeria deducitur ex tot strenuis Equitibus, tantisq; Illustrifsimis Viris Romanis? Dixi hęc pauca, memor breuitatis, quàm pollicitus fui; restat tantummodo P. C. huic nos Synodo ea interesse voluntate, vt quidquid statuendũ erit pro viribus exequamur, & exequendũ curemus, atq; adeo pro Antistitis nr̃i Episcopi incolumitate deuotè precemur, vt nos, & totũ gregem in pace, & prosperitate custodiens, in pace, & prosperitate regat, & gubernet.

FINIS.

All' Illustriss.mo & Reu.mo Signore,

MONSIGNOR

FRANCESCO

CAVALIERI,

VESCOVO DI SOLMONA.

Sonetto dell'humiliss. suo seruo, e diuoto, Bastiano Bigli Impressore.



VR tanto nell'oprar miei sensi immersi
Ne' vostri eterei RITI; ALMO PASTORE;
Che m'eran lieti i dì, (sperando) e l'hore:
Co'l già preuisto BEN *d'*AQVILA, *aspersi.*

D'AQVILA SACRA; *ond'io tempo non persi,*
Ma vinsi anzi il desio giusto, che'l core
Hauea di riposarsi; e'l fiacco ardore:
E'n Luce *il cieco horror chiara conuersi.*

Più volte il Sacro EROE BACIOCCHI, *ornato*
D'ogni immenso Valor, di Caritade,
A' spirti lassi miei diè vita, e fiato.

Se ciò fec'egli; A VOI *dir non m'accade*
L'inteso già; del TEBRO *O* SIR *pregiato,*
In cui SEGGIO *hà del Ciel l'alta* PIETADE.

LAVS DEO.